Circa materiam quinti et sexti articuli omisso textu quarto: aduerte confessor quod dispositio erronee rationis fit non solum per oppositam rationem aut veritatis cognitionem sed etiam per exclusionem ad applicationem ad opus. verbi gratia mulier audiēs a predicatore quod vti alienis capillis est peccatum mortale, quia est simulatio: cōcipiēsque ex ratione audita et authoritate predicatoris talem vsum esse peccatum mortale: et ex alia parte vellet vti huiusmodi capillis: et inde ratione, hinc appetitu mouente nescit soluere motiua rationis erronee contrarie apparenti suo: tamen putans absq; solutione rationis id sibi licere: vtitur talibus capillis. In hoc et similibus non est proprie loquendo voluntas discordans a ratione errante: quia non fit contra conscientiam: et ratio est quia licet maneat ratio errans in se non manet tamen applicata ad hoc vel le nec actualiter nec virtualiter: sed deponitur applicatio illa: ac per hoc erronea cōscientia que in applicatione consistit: licite autem hoc absq; vlla alia ratione fit etiam si ex impetu vel libito fiat: quia ratio erronea non habet in se vnde liget: sed quatenus acceptatur. vnde ex quacunq; causa non acceptetur vel in se vel in applicatione non ligat.

1.qō.21. a.1.col.

¶Utrum bonitas voluntatis dependeat ex ratione. Artic.3.

Ad tertiū Sic procedit. Uidetur qđ bonitas voluntatis nō dependeat a ratione. prius enī non dependet a posteriori: sed bonum pertinet ad voluntatem, prius quam ad rationem: vt ex supra dictis patet. ergo bonum voluntatis non depēdet a ratione. ¶Preterea. Philosophus dicit in.6. ethicoꝝ, Quod bonitas intellectus practici est verum cōforme appetitui recto: appetitus autem rectus est voluntas bona: ergo bonitas rationis practice magis dependet a bonitate voluntatis, quam econuerso.

¶Preterea. Mouens non dependet ab eo quod mouetur, sed econuerso: voluntas autem mouet rationem et alias vires, vt supra dictum est. ergo bonitas voluntatis nō dependet a ratione.

Sed contra est quod Hilarius dicit in decimo de trinitate, Immoderata est omnis susceptarum voluntatū pertinacia vbi non rationi voluntas subiicitur sed bonitas voluntatis cōsistit in hoc qđ nō sit immoderata. ergo bonitas voluntatis dependet ex hoc qđ sit subiecta rationi.

Respondeo Dicendum, quod sicut dictum est, bonitas voluntatis propie ex obiecto depēdet. obiectum autem voluntatis proponitur ei per rationem: nam bonum intellectum est obiectum voluntatis proportionatum et. bonum autem sensibile vel imaginarium non est proportionatum volūtati, sed appetitui sensitiuo: quia volūtas potest tendere in bonum vniuersale, quod ratio apprehēdit. appetitus autem sensitiuus non tendit nisi in bonū particulare qđ apprehēdit vis sensitiua. et ideo bonitas voluntatis dependet a ratione eo modo quo dependet ab obiecto.

Ad primū Ergo dicendum, quod bonum sub ratiōe boni idest appetibilis per prius pertinet ad volūtatem quam ad rationem: ꝫ tamē per prius pertinet ad rationem sub ratione veri quaꝫ ad volūtatem sub ratione appetibilis: quia appetitus voluntatis non potest esse de bono nisi prius a ratione apprehendatur.

¶Ad secundum dicendum, quod philosophus ibi loquitur de intellectu practico secundum quod est consiliativus et ratiocinativus eorum que sunt ad finem, sic enim perficitur per prudentiam. In his autem que sūt ad finē rectitudo rationis cōsistit in conformitate ad appetitum finis debiti: sed tamen et ipse appetitus finis debiti presupponit rectam apprehensionem de fine qui est per rationem.

¶Ad tertium dicendum, quod voluntas quodammodo mouet rationem: et ratio aliomodo mouet voluntatem ex parte scilicet obiecti: vt supra dictum est.

¶Utrum bonitas voluntatis dependeat ex lege eterna. Artī.4.

Ad quartum Sic procedi-tur. Uidet, quod bonitas voluntatis humane non depēdeat a lege eterna. vnius enim vna est regula et mensura sed regula humane voluntatis est ex qua eius bonitas dependet ratio recta. ergo non dependet bonitas voluntatis a lege eterna.

¶Ꝑ. Mensura est homogenea mensurato: vt dicitur.10.met. Sed lex eterna non est homogenea voluntati humane. ergo lex eterna non potest esse mensura voluntatis humane vt ab eo bonitas eius depēdeat.

¶Preterea. Mensura debet esse certissima: sed lex eterna est nobis ignota. ergo non potest esse nostre voluntatis mensura, vt ab ea bonitas voluntatis nostre dependeat.

Sed contra Est, quod Augustī. dicit. 22. lib. contra Faustum, Quod peccatum est factum vel concupitum aliquid contra eternam legem: sed malitia voluntatis est radix peccati: ergo cum malitia bonitati opponatur, bonitas voluntatis dependet a lege eterna.

Respōdeo Dicendum, quod in omnibus causis ordinatis effectus plus dependet a causa prima quā a causa secunda: quia causa secunda non agit nisi in virtute prime cause. Quod aūt ratio humana sit regula voluntatis humane ex qua eius bonitas mensuret, hꝫ ex lege eterna que est ratio diuina vnde in psal. dicitur. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona: signatū est sup nos lumen vultus tui domine quasi diceret lumen rationis quod in nobis est, intārum potest nobis ostendere bona, et nostram voluntatem regulare, inquantum est lumen vultus tui idest a vultu tuo deriuatum. vnde manifestum est quod multomagis dependet bonitas volūtatis humane a lege eterna quā a ratione humana. et vbi dicit humana ratio, oportet ad rationem eternam recurrere.

Ad primum Ergo dicendum, qđ vnius rei non sunt plures mensure proxime: possunt tamē esse plures mensure, quarum vna sub alia ordinetur. ¶Ad secundum dicendū, quod mensura proxima est homogenea mensurato, non autem mensura remota. ¶Ad tertium dicendum, quod licet lex eterna sit nobis ignota secundum quod est in mente diuina: innotescit tamen nobis aliqualiter, vel per rationem naturalem que ab ea deriuatur vt propria eius imago, vel per aliqualem reuelationem superadditam.

¶Utrū voluntas discordans a ratione errāte, sit mala. Ar.5.

Ad quintū Sic proceditur. Uidetur, quod voluntas discordans a ratione errante non sit mala. ratio enim est regula voluntatis humane, inquantuꝫ deriuatur a lege eterna, vt dictum est: sed ratio errans non deriuatur a lege eterna. ergo rō errans non est regula volūtatis humane: nō est ergo volūtas mala si discordat a ratione errante. ¶Ꝑ. Secundum augu. inferioris potestatis preceptum non obligat si contrarietur precepto potestatis superioris, sicut si proconsul iubeat aliquid quod imperator phibet: sed ratio errans quandoq; proponit aliquid quod est contra preceptum superioris scilicet dei cuius est summa potestas. ergo dictamen rationis errantis non obligat. non est ergo voluntas mala si discordet a ratione errante. ¶Ꝑ. Omnis voluntas mala reducitur ad aliquam speciem malitie: sed volūtas discordans a ratione errante nō pōt reduci ad aliq̄ speciem malitie: puta si ratio errans errat in hoc quod dicat esse fornicandum, voluntas eius qui fornicari non vult ad nullam malitiam reduci potest. ergo voluntas discordans a ratione errante non est mala.

Sed Cōtra sicut in primo dictū est, Cōsciētia nihil aliud est q̄ applicatio scientie ad aliquem actū: sciētia aūt in ratione est voluntas. ergo discordans a ratione errante est contra conscientiā: sed oīs talis volūtas est mala: ꝺi em̄ ro.14. Omne quod non est ex fide, pcm̄ est. i. omne quod est cōtra conscientiam. ergo voluntas discordās a ratione errāte est mala.

Rñdeo Dicendū, quod cū conscientia sit quodāmodo dictamē rōnis, est enim quedā applicatio scientie ad actum: vt in primo dictū est: idē est q̄rere vtrū voluntas discordās a rōne errante sit mala: quod querere vtrū conscia errās obliget. ¶Circa qđ aliq̄ distinxerūt tria genera actuū: quidā enim sunt boni ex genere, quidā sunt indifferētes: quidā sunt mali ex genere. Dicunt ergo quod si rō vel conscientia dicat aliquid esse faciendum qđ sit bonū ex suo genere: non est ibi error. Similiter si dicat aliquid nō esse faciendū qđ est malū ex suo genere eadē est. rōne precipiuntur bona, que phibētur mala. sed si rō vel cōsciētia dicat alicui qđ illa que sunt secundū se mala homo teneatur facere ex precepto, vel quod illa que sunt scōm se bona sint prohibita, erit ratio vel cōscia errans: et simiꝫ si ratio vel cōscia dicat alicui q̄ id qđ est sm se indifferēs (vt leuare festucam de terra) sit prohibitum vel preceptum, erit ratio vel conscientia errans. Dicit ergo q̄ ratio vel cōsciētia errans circa indifferentia siue p̄cipiēdo siue prohibēdo obligat, ita q̄ volūtas discordās a tali rōne errāte, erit ma

2.di. q.3. co.
3.pa. 4.bi. ꝺ.3. q.3. ad.2. Et ꝺ. 17.a. Et ꝺ. q.2. ad.8 Et q̄. ar.2. Et q̄. ar.1. 15.q. 9.ar. cor. et ro. lec.20. 2.et q̄. co.fi. Et q̄. 5.co.

la z peccatū:sed ratio vel cōscientia errās precipiendo ea que sunt p se mala,vel prohibendo ea que sunt p se bona z necessaria ad salutem,nō obligat.vñ in talibus voluntas discordās a ratione vel cōscientia errante non est mala.Sed hoc irrationabiliter dicitur.in indifferentibus eñ voluntas discordās a ratione vel cōscientia errāte est mala aliquo modo propter obiectum,a quo bonitas vel malitia bonitatis dependet.nō autem propter obiectum secundum sui naturā:sed secūdum quod per accidens a ratione apprehenditur vt malū ad faciendum vel ad vitandum:z qz obiectum voluntatis est id,quod proponitur a ratione vt dictū est,ex quo aliquid proponitur a ratione vt malum,voluntas dum in illud fertur accipit rationem mali. hoc autem cōtingit non solum in indifferentibus:sed etiā in per se bonis vel malis,nō solum enim id quod est indifferens potest accipere rationez boni vel mali per accidens,sed etiā id quod est bonū potest accipere rationem mali:vel illud quod est malum rationē boni ppter apprehensionem rationis:puta abstinere a fornicatione bonum quoddam est:tñ in hoc bonum non fertur voluntas,nisi secundū qz a ratione proponitur. Si ergo proponaz vt malum a ratione errante: fertur in hoc sub ratione mali,vnde voluntas erit mala:qz vult malū: nō quidem id qō est malum per se:sed id qō est malum per accidens propter apprehensionem rationis:z similiter credere in Christū est per se bonum z necessariuz ad salutem:sed voluntas nō fertur in hoc nisi sm qz a ratione proponitur.vnde si a ratione proponatur vt malum voluntas feretur in hoc vt malum, non quia illud sit malum sm se:sed quia est malum per accidens ex apprehēsione rationis.z ideo philosophus dicit in. 7. ethi. Quod per se loquendo incontinens est qui non sequitur etiam rōnem rectam:per accidens autem qui non sequitur rationem falsam. Unde dicendum quod simpliciter omnis voluntas discordās a ratione,siue recta siue errante semper est mala.

Ad primū Ergo dōz,quod iudiciū rationis errantis licet non deficiatur a deo: tamen ratio errās iudicium suum proponit vt verum:z per consequens vt a deo deficiatum a quo est omnis veritas. Ad secundum dicendum, quod verbum Aug.habet locū quando cognoscitur quod inferior potestas precipit aliquid contra preceptum superioris potestatis.Sed si aliquis crederet quod preceptum proconsulis esset preceptum imperatoris contemnendo preceptum proconsulis contemneret preceptum imperatoris. Et similiter si aliquis homo cognosceret qz ratio humana dictaret aliquid contra preceptum dei non teneretur rationem sequi: sed tunc ratio non totaliter esset errans,sed quando ratio errans proponit aliquid vt preceptum dei,tunc idem est cōtemnere dictamen rationis z dei preceptum. Ad tertiū dōm, qz rō quādo apprehēdit aliquid vt malum semper apprehēdit illud sub aliqua ratiōe mali:puta qz cōtrariat diuino precepto vel qz est scādalum, vel propter aliquod huiusmodi:z tunc ad talem speciem malitie reducitur talis mala voluntas.

Utrū voluntas concordans rationi errāti sit bona. Art.6.

Ad tertiū Sic proceditur. Uidetur,qō voluntas concordans rationi erranti sit bona. Sicut enim voluntas discordās a rōne tendit in id quod ratio iudicat malum,ita voluntas concordās rationi tendit in id qō ratio iudicat bonū: sed voluntas discordans a ratione etiam errante est mala,ergo voluntas concordans rationi etiam erranti est bona. Cp. Voluntas concordans precepto dei z legi eterne semper est bona:sed lex eterna z preceptū dei proponitur nobis per apprehensionem rationis etiam errātis ergo voluntas concordans etiam rationi errāti est bona. Cp. Voluntas discordās a ratione errāte est mala.si ergo voluntas concordans rationi erranti sit etiam mala,videtur quod omnis voluntas habentis rationem errantem sit mala, z sic talis homo erit perplexus, z ex necessitate peccabit:quod est inconueniens.ergo voluntas concordans rationi erranti est bona.

Sed contra Uoluntas occidentiū apōs erat mala:sed tñ concordabat rationi erranti ipsorum:sm illud Joan.16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. ergo voluntas concordans rationi erranti potest esse mala.

Respondeo Dōm,qz sicut pmissa questio eadē est cū questione qua qritur vtrū cōscientia erronea liget,ita ista questio eadē est cū illa qua qritur vtrū cōscientia erronea excuset.Hec añt questio dependet ab eo quod supra de ignorantia dictum est. dictum est enim supra quod ignorantia quandoq causat inuoluntarium quandoque autem non. Et quia bonum z malum morale consistit in actu inquantum est voluntarius(vt ex premissis patet)manifestum est quod illa ignorantia que causat inuoluntarium tollit rationem boni z mali moralis,non autem illa que inuoluntarium non causat. Dictum est etiam supra quod ignorantia que est aliquo modo volita siue directe,siue indirecte,non causat inuoluntarium,z dico ignorantiam directe voluntariam in quam actus voluntatis fertur. Indirecte autem propter negligentiā ex eo qō aliqs nō vult illud scire qō scire tenetur,vt supra dictū est. Si igitur ratio vel conscientia erret erroe voluntario vel directe, vel propter negligentiam,quia est error circa id quod quis scire teneretur: tunc talis error rationis vel conscientie non excusat,quin voluntas concordans rationi vel conscientie sic erranti sit mala. Si autez sit error qui causat inuoluntarium prouenies ex ignorantia alicuius circunstantie absq omni negligentia:tunc talis error rationis vel conscientie excusat vt voluntas concordans rationi erranti non sit mala.puta si ratio errans dicat quod homo teneatur ad vxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi erranti est mala:eo quod error iste prouenit ex ignorantia legis dei quam scire tenetur. Si autem ratio erret in hoc quod credat aliquam mulierem submissam esse suam vxorem,z ea petente debitum velit eam cognoscere excusatur voluntas eius vt non sit mala: quia error iste ex ignorantia circunstantie prouenit que excusat z inuoluntarium causat.

Ad primum Ergo dicendum, qz sicut diony.dicit in 4.cap.de di.nomi.Bonum causatur ex integra causa,malum autem ex singularibus defectibus,z ideo ad hoc quod dicatur malus id in quo fertur voluntas sufficit,siue quod secundum suam naturam sit malum,siue qz apprehendatur vt malum:sed ad hoc quod sit bonum requiritur quod vtroq modo sit bonum. Ad secundum dicendum, quod lex eterna errare non potest:sed ratio humana potest errare:z ideo voluntas concordās rationi humane non semper est recta, nec semper est concordans legi eterne. Ad tertium dicendum, quod sicut in syllogisticis vno inconuenienti dato necesse est alia sequi,ita in moralibus vno inconuenienti posito ex necessitate alia sequuntur: sicut supposito quod aliquis querat inanem gloriaz, siue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur siue dimittat, semper peccabit. Nec tamen est perplexus:quia potest intentionem malam dimittere.z similiter supposito errore rationis vel conscientie qui procedit ex ignorantia non excusante necesse est quod sequatur malum in voluntate.nec tamen est homo perplexus:quia potest ab errore recedere cum ignorantia sit vincibilis z voluntaria.

Utrum voluntatis bonitas in his que sunt ad finez dependeat ex intentione finis.

Articu.7.

Ad septimū Sic procedit. Uidetur quod bonitas voluntatis non dependeat ex intentione finis.Dictum est enim supra, quod bonitas voluntatis dependet ex solo

Super ar.7.

Circa titulum articuli septimi:sed uerte quod licet hactenus de voluntate idest de actu interiori voluntatis in hac questione tractatuz sit in hoc articulo questio est de voluntate id est de actu interiori voluntatis vt distinguitur contra intentionem. Ea autem necessitas questionis huius fuit:quia voluntas ab intentione sepe distingui solet z plurimum intentio indicari in continuis motum frequentia voluntasq ex intentione accusari vel excusari.

2.d.38. ar.4.ad 4.z.ā.5 col.2.d. 40.ā.2. z in expolit.

¶ Super articulum octauum.

In titulo articuli octaui voluntas sumitur vt in precedenti articulo.

¶ In corpore eiusdē articuli: aduerte primo quod autor plus determinat quā queri erit: queritur enim de quantitate voluntatis et intentionis, determinat autem de quantitate predictorum z actus etiam exteriorīs z hoc ad perfectionem doctrine: et propter identitatem rationis quo ad hoc in voluntate et actu exteriori subtilis impedimentis. Aduerte secundo quod in litera distinguitur tam voluntas quam actus exterior respectu scilicet secundum se z vt stat sub intentione: et dicitur qō nec quantitas ex obiecto nec quantitas ex modo intentionis descendit necessario in actum volitionis: aut actus exteriorīs secundum se seu materialiter id est vt tendunt in sua obiecta propria: sed quantitas vtrāq; scilicet ex obiecto et modo intentionis redundat in vtrumq; actum scilicet voluntatis et exteriorīs vt stant sub intentione seu formaliter id est vt tendunt in finem quem respicit intentio.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli dubium occurrit quomodo verificetur quod quantum mala est intentio tantum mala est voluntas: an scilicet verificatur de voluntate materialiter z secundum se aut formaliter z vt stat sub intentione. Si secundo modo nulla est differentia inter quantitatem bonitatis z malitie in hoc quoniam vt in corpore articuli patet quantitas intentionis bone redundat in voluntatem z actū formaliter. Si primo modo sic communiter falsum manifeste: quoniam nequa malitia necessario descēdit ex intentione in voluntatem materialiter.

3. art. 7. ad. 2. Et mal. q. 2. ā. 2. ad. 9.

¶ Ad hoc dicitur qō ea que dicta sunt in corpore articuli verificantur de quantitate bonitatis et malitie. Et de bonitate quidem in litera patet: de malitia aūt eisdem rationibus probatur: q enim quantitas mala intentionis ex obiecto non necessario descendit obiecto: sed in his que sunt ad finem aliud est obiectum voluntatis, z aliud finis intentus. ergo in talibus bonitas voluntatis nō dependet ab intentione finis. ¶ 2. Velle seruare mandatū dei pertinet ad voluntatem bonam: sed hoc potest referri ad malum finem scilicet ad finem inanis glorie vel cupiditatis dum aliquis vult obedire deo propter temporalia cōsequenda, ergo bonitas voluntatis non dependet ab intentione finis. ¶ Preterea. Bonum z malum sicut diuersificant voluntatē ita diuersificant finē. sed malitia volūtatis nō dependet a malitia finis intēti q̄ enī vult furari vt det eleemosynam voluntatē malam habet, licet intendat finem bonū. ergo etiam bonitas voluntatis non dependet a bonitate finis intenti.

Sed contra est, q̄ aug. dicit. 9. confessionum, q̄ intentio remuneratur a deo: sed ex eo aliquid remuneratur a deo, q̄ est bonum. ergo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet.

Rñdeo dōm, q̄ intētio dupl'r se pōt habere ad voluntatem, vno modo vt precedens, alio mō vt concomitās. Precedit quidem causaliter intentio voluntatem, quādo aliquid volumus propter intentionem alicuius finis: z tunc ordo ad finem considerat vt ratio quedam bonitatis ipsius voliti, puta cum aliquis vult ieiunare propter deum, habet enim ieiunium rationem boni et hoc ipso quod fit ppter deū. vnde cum bonitas voluntatis dependeat a bonitate volīti, vt supra dictū est, necesse est quod dependeat ex intentione finis: consequitur autem intentio voluntatem quando accedit voluntati preexistenti, puta si aliqs vellet aliquid facere, z postea referat illud in deum, z tunc prime voluntatis bonitas non dependet ex intentione sequenti, nisi quatenus reiteratur actus voluntatis cum sequenti intentione.

Ad primū Ergo dōm, q̄ qñ intentio ē causa volēdi, ordo ad finē accipitur vt quedā rō bonitatis in obiecto: vt dictū est. ¶ Ad secundum dicendum quod voluntas nō potest dici bona si sit intētio mala causa volēdi. qui enim vult dare eleemosynam propter inanem gloriā consequēdā: vult id quod de se est bonū sub ratione mali. z ideo prout est volitū ab ipso est malum. vnde volūtas eius est mala. Si si intētio sit cōsequēs: tunc volūtas potuit esse bona, z per intentionem sequentem non depranatur ille actus volūtatis q̄ precessit sed actus voluntatis qui iteratur. ¶ Ad tertium dicendum, quod sicut iam dictum est, malum contingit ex singularibus defectib⁹, bonum autem ex tota z integra causa. vnde siue voluntas sit eius quod est secūdum se malum z sub ratione boni, siue sit boni sub rōne mali, semper volūtas erit mala: sed ad hoc quod sit volūtas bona: requiritur quod sit bona sub ratiōe boni, id est, q̄ velit bonū et propter bonum.

¶ Utrū quantitas bonitatis vel malitie in voluntate sequatur quantitatem boni vel mali in intentione.

Arti. 8.

Ad octauū Sic procedi tur. Uī, q̄ quātitas bonitatis in volūtate dependeat ex quātitate bonitatis in intentione. q̄ super illud Matth. 12. Bon⁹ hō de thesauro bono cordis sui pfert bona: dicit glo. Tātū bonū facit, quātū intēdit: sed intentio nō soli[illegible] bonitatē actui exteriori: sed etiā volūtati, vt dictū est. ergo tm̄ aliquis hz bonā volūtatē quātū intēdit. ¶ 3. Augmētata cā augmētatur effectus: sed intētionis bōitas est causa bone volūtatis. ergo quātū quis intēdit de bono tm̄ volūtas est bona. ¶ 4. In malis quantū aliquis intendit: tantū peccat. si enim aliquis prosciens lapidem intenderet facere homicidium: reus esset homicidij: ergo pari ratione in bonis tm̄ est bona voluntas, quantum aliquis bonum intendit.

Sed contra Potest esse intentio bona z volūtas mala. ergo pari ratione potest esse intentio magis bona, z voluntas minus bona.

Respōdeo dōm, q̄ circa actum z intentionem finis duplex quātitas pōt cōsiderari. Una ex parte obiecti: q̄ vult maius bonum vel agit. Alia ex intentione actus, q̄ intense vult vel agit qō est maius ex parte agentis. Si igitur loquamur de quātitate vtriusq; quantum ad obiectum: manifestum est quod quantitas actus non sequitur quantitatem intentionis. quod quidem ex parte actus exterioris contingere potest dupliciter. Uno modo, q̄ obiectum quod ordinatur ad finem intentum non est proportionatum fini illi: sicut si quis varet decem libras: non posset consequi suam intentionem si intenderet emere rem valentem cētum libras. Alio modo propter impedimenta que superuenire possunt circa exteriorem actum que non est in potestate nostra remouere: puta aliquis intendit ire vsque Romam, z occurrunt ei impedimenta quod nō potest hoc facere. sed ex parte interioris actus voluntatis non est nisi vno modo q̄ interiores actus volūtatis sunt in potestate nostra: non autem exteriores actus: sed voluntas potest velle aliquod obiectum non proportionatū fini intēto: z sic voluntas que fertur in illud obiectum absolute cōsideratum non est tantum bona quantum est intentio. sed quia etiam ipsa intentio quodammodo pertinet ad actum voluntatis inquantum scilicet est ratio eius, propter hoc redundat quantitas bone intentionis in voluntatem inquantum scilicet voluntas vult aliquod bonum magnum vt finem: licet illud per quod vult consequi tantum bonum non sit dignum illo bono. Si vero consideretur quantitas intentionis z actus secundum intentionem vtriusq;, sic intensio intentionis redundat in actum interiorem z exteriorem voluntatis, q̄ ipsa intētio quodāmodo se habet formaliter ad vtrūque, vt ex supradictis pz, licet materialiter intentione recta existente intensa possit esse actus interior vel exterior non ita intensus materialiter loquendo, puta cuz aliquis nō ita intēse vult medicinam sumere, sicut vult sanitatem, tamen hoc ipsum quod est intense intendere sanitatem redundat formaliter in hoc qō est intense velle medicari. ¶ Sed tamen hoc est cōsiderādū qō intētio actus interioris vel exterioris pōt referri ad intētionē vt obūm. puta cū aliquis intēdit intē se velle, vel aliquid intense operari, z tm̄ non propter hoc intense vult vel operatur: quia quantitatē intenti boni non sequitur bonitas actus interioris vel exterioris, vt dictū est. Et inde est q̄ non quantum aliquis intendit mereri meretur q̄ quantitas meriti cōsistit in intentione actus vt infra dicetur.

Ad primum Ergo dicendum, q̄ glossa illa loquitur dat in voluntatem secundum se, patet ex hoc q̄ intendens aliquod magnum malum potest velle vt aliquo medio non sufficiēter consono tanto malo: sicut si qs vellet emere episcopatum z offerret solas preces. Quod etiam quantitas male intentionis ex modo non descendat in quantitatē actus secundum se: patet ex hoc quod cōtingit intense intendentē adulterium, minus libenter frangere murum per quem ingrediatur ad intentum habendum. Quū igitur non oporteat esse verum quod quantum mala est intentio tantus malus sit voluntas materialiter: relinquitur vt verificetur hoc dictum de voluntate formaliter id est vt stat sub intentione. Et ad obiectionem contra hoc dicitur qō stante hoc saluatur differētia inter quantitatem bonitatis z malitie, in hoc quod quantitas malitie intētionis est secundum quantitatem malitie voluntatis formaliter, sicut quod absolute cōstituit eam tantum malam: quantitas vero bonitatis intentionis non oportet quod sit quantitas bonitatis voluntatis. Et ratio differentie est: quia sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis. Constat autem quod malitia in intentione sufficit ad constituendam voluntatem malam, bonitas autem non: quia bonum constat ex causa integra, malum autem ex particularibus defectibus. vnde vando elemosynam propter inanem gloriam non solum intentio est mala sed et actus formaliter: et consequenter quanto peior est intentio tanto peior erit actus formaliter: sicut absolute conceditur quod actus dantis eleemosynam propter inanem gloriaz est magis malus: ita absolute concedendum est quod actus dantis elemosynam propter maximā affectionem inanis glorie est peior. Et similiter si fiat propter maius malum: puta subuersionem fidei, sed furando diuitem propter subuenien-dum pauperibus bonitas intentionis non constituit bonitatem actus: z consequenter quātitas bonitatis in

quantum ad reputationē dei qui precipue considerat intentionem finis. Unde alia glossa dicit ibidem quod thesaurus cordis interio est ex qua deus iudicat opera, bonitas enim intentionis (vt dictum est) redundat quodammodo in bonitatē voluntatis que facit etiam exteriorem actum apud deum meritorium. ¶ Ad secundum dicendum, q̄ sola bonitas intentionis non est tota causa bone voluntatis, vnde ratio non sequitur. ¶ Ad tertium dicendum, quod sola malitia intentionis sufficit ad malitiam voluntatis. & ideo etiam quantum mala est intentio, tantum etiam mala est voluntas: sed non est eadem ratio de bonitate: vt dictum est.

¶ Utrum bonitas voluntatis dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam. Arti. 9.

Ad nonum Sic proceditur. Uidetur quod bonitas voluntatis humane nō dependeat ex conformitate voluntatis diuine. Impossibile est enim voluntatem hominis conformari voluntati diuine: vt patet per id quod dicitur esa. 55. Sicut exaltātur celi a terra, ita exaltate sunt vie mee a vijs vestris, & cogitationes mee a cogitationibus vestris. Si ergo ad bonitatem voluntatis requireretur conformitas ad diuinam voluntatem sequeretur quod impossibile esset hominis voluntatem esse bonam, quod est inconueniens. ¶ Ꝑ. Sicut voluntas nostra deriuatur a voluntate diuina, ita scientia nostra deriuatur a scientia diuina: sed non requiritur ad scientiam nostram quod sit conformis scientie diuine, multa enim deus scit que nos ignoramus. ergo non requiritur quod voluntas nostra sit conformis voluntati diuine. ¶ Ꝑ. Uoluntas est actionis principium: sed actio nostra non potest conformari actioni diuine. ergo nec voluntas.

Sed contra Est, quod dicitur Mat. 26. Nō sicut ego volo, sed sicut tu vis. qō dicit q̄ rectum vult esse hominē, & ad deum dirigi vt aug. dicit in enchi. Rectitudo aūt voluntatis est bonitas eius. ergo bonitas voluntatis dependet ex conformitate ad voluntatem diuinam.

Respondeo Dicendum, quod sicut dictum est, bonitas voluntatis dependet ex intentione finis: finis autem vltimus voluntatis humane est summū bonū quod est deus vt supra dictum est. Requiritur ergo ad bonitatē humane voluntatis quod ordinetur ad summum bonum: hoc autē bonum primo quidem & per se comparatur ad voluntatē diuinam, vt obiectum proprium eius: illud autem quod est primū in quolibet genere est mensura & ratio omnium que sunt illius generis. vnumquodq̄ autem rectum & bonum est inquantum attingit ad propriam mensuram. ergo ad hoc quod voluntas hominis sit bona, requiritur quod conformetur voluntati diuine.

Ad primum Ergo dicendum, quod voluntas hominis non potest conformari voluntati diuine per equiparantiam: sed per imitationem, & similiter conformatur scientia hominis scientie diuine inquantum cognoscit verum, et actio hominis actioni diuine inquantum est agenti conueniens, & hoc per imitationem, non autē per equiparantiam. ¶ Unde patet solutio ad secundum & ad tertium argumentum.

¶ Utrum necessarium sit voluntatem humanam conformari voluntati diuine in volito ad hoc q̄ sit bona. Arti. 10.

1.q5. 19 ar. 2. ad 3. et 22. q. 104. ar. 4. ad 3. et 1. di. 48. ar. 3 qu. 4. Et hi. q. 23. ar. 7 qu. 8. Et opus. 3. 87.

Decimum Sic proceditur. Uidetur, quod voluntas hominis non debeat semper conformari diuine voluntati in volito. Nō enim possumus velle quod ignoramus, bonum enim apprehensum est obiectum voluntatis: ſ quid deus velit ignoramus in plurimis. ergo nō potest humana voluntas diuine voluntati conformari in volito. ¶ Ꝑ. Deus vult damnare aliquem quē prescit in mortali peccato morituum. Si ergo homo teneretur conformare voluntatem suam diuine voluntati in volito, sequeretur quod homo teneretur velle suam damnationem: quod est inconueniens. ¶ Ꝑ. Nullus tenetur velle aliquid quod est cōtra pietatē, sed si hō vellet illud quod deus vult hoc esset quandoq̄ contra pietatem: puta cum deus vult mori patrem alicuius, si filius hoc idem vellet contra pietatem esset. ergo non tenetur conformare voluntatem suam voluntati diuine in volito.

Sed contra Est, quia super illud psal. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum cor habet qui vult quod deus vult, ſ quilibet tenet habere rectum cor. ergo quilibet tenetur velle quod deus vult. ¶ Preterea. Forma voluntatis est ex obiecto sicut & cuiuslibet actus. Si ergo teneretur homo conformare voluntatem suam voluntati diuine requiritur quod teneatur conformare in volito.

¶ Preterea. Repugnantia voluntatum consistit in hoc quod homines diuersa volunt: sed quicunq̄ habet voluntatem repugnantem diuine voluntati habet malam voluntatem. ergo quicunq̄ non conformat voluntatem suam voluntati diuine in volito habet malam voluntatem.

Ideo Dicendum, quod sicut ex predictis patet, voluntas fertur in suum obiectum secundum quod a ratione proponitur. contingit autem aliquid a ratione considerari diuersimode: ita quod sub vna ratione est bonum, & secundum aliam rationem non bonum. & ideo si voluntas alicuius velit illud esse secundum quod habet rationem boni est bona. & voluntas alterius si velit illud idem non esse, secundum quod habet rationem mali erit voluntas etiam bona. sicut iudex habet bonam voluntatem dum vult occisionē latronis, quia iusta est. voluntas autem alterius puta vxoris vel filij, qui vult non occidi ipsum inquantum est secundum naturam mala occisio est etiam bona. cum autem voluntas sequatur apprehensionem rationis vel intellectus, secūdū qō ratio boni apprehēsi fuerit communior, sm hoc & voluntas fertur in bonū communius: sicut patet in exemplo proposito, nam iudex habet curam boni communis quod est iustitia: & ideo vult occisionem latronis que habet rationem boni secundum relationem ad statum communem. vxor autem latronis considerare habet bonum priuatum familie: & secundum hoc vult maritum latronem non occidi. bonum autem totius vniuersi est id quod est apprehensum a deo qui est vniuersi factor & gubernator. vnde quicquid vult: vult sub ratione boni communis quod est sua bonitas que est bonum totius vniuersi. Apprehensio autem creature secundū suam naturam est alicuius boni particularis proportionati sue nature. contingit autem aliquid esse bonum secundum rationē particularem quod non est bonum secundum rationem vniuersalem: aut econuerso: vt dictū est. Et ideo contingit quod aliqua voluntas est bona volens aliquid secūdum rationē particularem consideratum, quod tamen deus non vult secundum rationem vniuersalem: aut econuerso. Et inde est etiā quod possunt diuerse voluntates diuersorum hominū circa opposita esse bone: prout sub diuersis rationibus particularibus volunt hoc esse vel non esse. Non est autem recta voluntas alicuius hominis volentis aliquod bonum particulare: nisi referat illud in bonum commune sicut in finem: cum etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinetur in bonum commune totius. ex fine autem sumitur quasi formalis ratio volendi illud quod ad finem ordinatur: vnde ad hoc quod aliquis recta voluntate velit aliquod particulare bonum, oportet quod illud particulare bonum sit volitum materialiter, bonum autem commune diuinum sit volitum formaliter. Uoluntas igitur humana tenetur conformari diuine voluntati in volito formaliter: tenet enim velle bonū diuinum & commune, sed non materialiter ratione iam dicta. Sed tamen quantum ad intentionem non consistit quantitatem bonitatis boni actus. In quo enim non penitur bonitas in concreto quantitas illius cogitari potest, & hec est intentio litere.

¶ Super ar. 9.

In articu. 9. Circa illa verba ad bonitatem voluntatis humane requiritur qō ordinetur in summum bonum. memēto quod ordinari in summum bonum contingit tripliciter. Uno modo in communi, & hoc commune est bonis & malis: quilibet enim propter aliquid operatur apparens sibi summum bonum. Alio modo in speciali confuse tamen: sicut si quis ne sciens in quo consistat summum bonum puta in visione dei vel in deo, operetur propter summum bonum quod in veritate est summū bonum: & hec potest conuenire bonis. Tertio modo in speciali & distincte: vt si quis operari intendit propter deum cognoscendum, amandum &c. Et hoc etiam contingit dupliciter: puta propter cognitionem amoremq̄ &c. ad que natura potest: & ad que gratia dei eleuat. In proposito igitur ad bonitatem voluntatis humane requiritur quod ordinetur ad summum bonum non apparenter sed quod in veritate est summum confuse, vel distincte naturaliter vel supernaturaliter secundum statum persone, Quod dico propter gētiles & ignorantes. Si enim secundum proportionē concessi sibi luminis in verum summum bonum ordinēt actiones suas: bone naturaliter erunt. Et si non, non.

¶ Super ar. 10.

In articu. 10. iungitur verba in responsione ad primum verbis in corpore articuli & memor supradictorum in artic. 8. que sic. prime aduerte qō quis velle aliquid sub ratione boni est velle illud propter summum bonum. Ideo dicitur quod voluntas volens aliquid sub ratione boni est conformis diuine voluntati in volito formaliter, quod est velle propter diuinum et com-

mune bonū. Sed caue ne ppterea dicas oēm voluntatē semp cōformari diuine in volito formaliter: quia nullus opaē aspiciēs ad malū: fz ad aliquā bonitatis. Et ꝓ hoc voluntas mala cōformatur diuine voluntati in volito formaliter. hoc est falsum. est fz est voluntas ḡtuitus mala inquantū habet aliquid boni sit cōformis diuine voluntati: ac per hoc possit sm quid dici cōformis diuine voluntati in volito formaliter: sicut pōt sm quid dici bona: simpliciter tñ illa sola voluntas est conformis diuine voluntati in volito formaliter que sub rōne boni nō apparens sed veri exercetur. Ad hanc enim conformitatem tenemur cuz illa que est sm bonitatem siue veri siue apparentis nati sumus. In hac persistere virtutis opus est.

¶ Super quest. 20. articulum. 1.

Circa questionis 20. articulum primū diligenter notato terminos tituli scz actū voluntatis actuz exteriorem z priorita tem bonitatis moralis. Actus voluntatis sumi pōt dupliciter. Uno mō sm se. Alio mō vt est forma seu ꝑdicio actuū exteriorū humanoꝝ: hic sumitur primo mō. sicz actus exterior sumit tripliciter. primo sm id precise qō hz apōs executiuus a re ipa loco seclusa obedientia volitatis. Et sic cum non sit capax bonitatis vel malitie moralis: qm hoc circa voluntaria tm fiūt: non sumit. Alio mō sumitur, vt est cōpositū ex supradictis z actu voluntatis ita ꝙ ex ipso et voluntatis actu fit vnū numero actus: et sic ēt nō sumitur hic. esset em apparatio prius ad totū z econuerso. Tertio mō sumit sm id ꝙ hz ex se z qō participat ex actu voluntatis ita ꝙ distinguatur actus exterior volūrarius ꝓ ipm actū voluntatis in se. dcḋ sit ille istud quod significat ly volūrarius, z hoc mō sumitur hic ꝓposito vbi comparat actus exteriores humanus actui interiori voluntatis in se cui prius conuenit bonitas moralis, et est sermo de priuitate nature, z exteriori a voluntate: actus em intelligens hoc in loco actus exterior vocatur: currit enim cursu aliorum a voluntate.

¶ In corpore eiusdez articuli: aduerte primo diligenter quod sicut de ceteris rebus tractando de rebus doctrinam facimus existentibus tempore suo in rerum natura. Et tamen eadem in abstractione ēconcepta discutimus z examinamus, z ea que de illis quatenus abstracte cōceptis sm se vera deprehendimus, in eisdē vtrunq; aliquo modo voluntas humana cōformatur voluntati diuine: qz secundū ꝙ cōformatur voluntati diuine in cōmuni ratione voliti, conformatur ei in fine vltimo: sm autem ꝙ nō conformatur ei in volito materialiter, conformatur ei sm rationem cause efficientis: qz hanc propriā inclinationē consequentem naturā vel apprehensionem particularem huius rei habet tres a deo sicut a causa effectiua. vnde consueuit dici ꝙ conformatur quantum ad hoc voluntas hominis voluntati diuine: quia vult hoc quod deus vult eum velle. Est z alius modus cōformitatis secundum rationem cause formalis vt scilicet homo velit aliquid ex charitate sicut deus vult: z ista etiam conformitas reducitur ad conformitatem formalem que attenditur ex ordine ad vltimum finem, quod est propriū obiectum charitatis.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ volitum diuinum, scōm rationez cōem quale sit scire possumus. Scimus. n. ꝙ deus quicquid vult, vult sub rōne boni. z ideo quicunq; vult aliquid sub quacūq; rōne boni hz voluntatem cōformē volūtati diuine quantū ad rōnem voliti: fz in particulari nescimus q̄d deus velit: et quantum ad hoc non tenemur cōformare voluntatez nrā diuine voluntati in statu tñ glorie oēs videbunt in singulis que volēt ordinez eoꝝ ad id quod deus circa hoc vult: z ideo non solum formaliter, sed materialiter in oibus suam voluntatem deo conformabūt. ¶ Ad scōm dōm, quod deus nō vult damnationē alicuius sub rōne damnationis: nec mortez alicuius inquantum est mors: qz ipse vult omnes homines saluos fieri: sed vult ista ratione iustitie. vnde sufficit circa talia ꝙ homo velit iustitiam dei z ordinem nature seruari. ¶ Unde patet solutio ad tertium.

Ad primum Uero qō in cōtrariū obijciebat dōm, qō magis vult qō deus vult qui conformat voluntatē suā voluntati diuine quantū ad rōnem voliti, quā qui cōformat quantum ad ipsam rem volitaz: qz volūtas principaliter fertur in finem quam in id qō est ad finem. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ spēs z forma actus magis attenditur scōm rationē obiecti quā secundum id quod est materiale in obiecto. ¶ Ad 3m dōm, ꝙ nō est repugnantia voluntatū quando aliqui diuersa volūt non sm eandē rōnem: sed si sub vna ratione esset aliquid ab vno volitū qō alius nollet, hoc induceret repugnantiam voluntatum. quod tamen non est in proposito.

¶ De bonitate z malitia exteriorum actuū humanorum. Questio. 20.

Deinde Considerandus est de bonitate z malitia quantum ad exteriores actus. ¶ Et circa hoc q̄runt sex. ¶ Primo vtrū bonitas z malitia ꝓprius sit in actu voluntatis, vel in actu exteriori. Secundo, vtrum tota bonitas vel malitia actus exterioris depē deat ex bonitate volūtatis. Tertio, vtrum sit eadem bonitas et malitia interioris z exterioris actus. Quarto, vtrum actus exterior addat de bonitate vel malitia supra actum interiorem. Quinto, vtrum euentus sequens aliquid addat de bonitate vel malitia ad actum exteriorem. Sexto, vtrum idem actus exterior possit esse bonus z malus.

¶ Utrum bonitas vel malitia per prius sit in actu voluntatis vel in actu exteriori.

Articulus. 1.

Ad primū Sic procedi tur. Uidetur, quod bonum z malum per prius consistat in actu exteriori quam in actu voluntatis. Voluntas enim habet bonitatem ex obiecto: vt supra dictum est: sed actus exterior est obiectum interioris actus voluntatis: dicimur enim velle furtum, vel velle dare eleemosynam. ergo malum z bonum per prius est in actu exteriori quam in actu voluntatis. ¶ Preterea. Bonum per prius conuenit fini: quia ea que sunt ad finem habent rationem boni ex ordine ad finem: actus autem voluntatis non potest esse finis: vt supra dictum est: actus autem alterius potentie potest esse finis. ergo per prius consistit bonum in actu potentie alterius, quaz in actu voluntatis. ¶ Preterea. Actus voluntatis formaliter se habet ad actum exteriorem, vt supra dictum est: sed id quod est formale est posterius: nam forma aduenit materie: ergo per prius est bonum z malum in actu exteriori, quam in actu voluntatis.

Sed contra Est, quod Augu. dicit in libr. retractationum: quod voluntas est qua peccatur z recte viuitur. ergo bonum z malum morale per prius consistit in voluntate.

Rñdeo Dicendum, quod aliqui actus exteriores possunt dici boni vel mali dupliciter. Uno modo secundum genus suum z secundum circunstantias in ipsis consideratas. sicut dare eleemosynam seruatis debitis circunstantijs dicitur esse bonum. Alio modo dicitur aliquid esse bonum vel malum ex ordine ad finem: sicut dare eleemosynaz propter inanem gloriam dicitur esse malum. cum autem finis sit prōprium obiectum voluntatis, manifestum est quod ista ratio boni vel mali quam habet actus exterior ex ordine ad finem per prius inuenitur in actu voluntatis: z ex eo deriuatur ad actum exteriorem. bonitas autem vel malitia quam habet actus exterior secundum se propter debitam materiam z debitas circunstantias, non deriuatur a voluntate: sed magis a ratione. vnde si consideretur bonitas exterioris actus secundum quod est in ordinatione z apprehensione rationis, prior est quam bonitas actus voluntatis: sed si consideretur secundum quod est in executione operis sequitur bonitatem voluntatis que est principium eius.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ actus exterior est obiectum volūtatis inquantum proponitur volūtati a ratione vt quoddam bonum apprehensum z ordinatum per rationem z sic est prius quam bonum actus voluntatis: inquantum vero consistit in executione operis est effectus voluntatis: z sequitur vo-

malitia supra actum interiorem. Quinto, vtrum euentus sequens aliquid addat de bonitate vel malitia ad actum exteriorem. Sexto, vtrum idem actus exterior possit esse bonus z malus.

¶ Utrum bonitas vel malitia per prius sit in actu voluntatis vel in actu exteriori.

Articulus. 1.

Ad primū Sic procedi tur. Uidetur, quod bonum z malum per prius consistat in actu exteriori quam in actu voluntatis. Voluntas enim habet bonitatem ex obiecto: vt supra dictum est: sed actus exterior est obiectum interioris actus voluntatis: dicimur enim velle furtum, vel velle dare eleemosynam. ergo malum z bonum per prius est in actu exteriori quam in actu voluntatis. ¶ Preterea. Bonum per prius conuenit fini: quia ea que sunt ad finem habent rationem boni ex ordine ad finem: actus autem voluntatis non potest esse finis: vt supra dictum est: actus autem alterius potentie potest esse finis. ergo per prius consistit bonum in actu potentie alterius, quaz in actu voluntatis. ¶ Preterea. Actus voluntatis formaliter se habet ad actum exteriorem, vt supra dictum est: sed id quod est formale est posterius: nam forma aduenit materie: ergo per prius est bonum z malum in actu exteriori, quam in actu voluntatis.

Sed contra Est, quod Augu. dicit in libr. retractationum: quod voluntas est qua peccatur z recte viuitur. ergo bonum z malum morale per prius consistit in voluntate.

Rñdeo Dicendum, quod aliqui actus exteriores possunt dici boni vel mali dupliciter. Uno modo secundum genus suum z secundum circunstantias in ipsis consideratas. sicut dare eleemosynam seruatis debitis circunstantijs dicitur esse bonum. Alio modo dicitur aliquid esse bonum vel malum ex ordine ad finem: sicut dare eleemosynaz propter inanem gloriam dicitur esse malum. cum autem finis sit prōprium obiectum voluntatis, manifestum est quod ista ratio boni vel mali quam habet actus exterior ex ordine ad finem per prius inuenitur in actu voluntatis: z ex eo deriuatur ad actum exteriorem. bonitas autem vel malitia quam habet actus exterior secundum se propter debitam materiam z debitas circunstantias, non deriuatur a voluntate: sed magis a ratione. vnde si consideretur bonitas exterioris actus secundum quod est in ordinatione z apprehensione rationis, prior est quam bonitas actus voluntatis: sed si consideretur secundum quod est in executione operis sequitur bonitatem voluntatis que est principium eius.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ actus exterior est obiectum volūtatis inquantum proponitur volūtati a ratione vt quoddam bonum apprehensum z ordinatum per rationem z sic est prius quam bonum actus voluntatis: inquantum vero consistit in executione operis est effectus voluntatis: z sequitur vo-

sed econtrario: q̄ hoc est malum moraliter, ideo voluntas eius est mala. Secunda est quia hec bonitas pendet a ratione ⁊ non a voluntate: sed q̄o hoc verum sit in sequenti tractabitur arti. Et q̄ō reliquū est. s. q̄o bonitas actus propria exterioris in executione sit a voluntate in. 3. art. tractabitur.

¶ Super Tru. 2.

In titulo. 2. articu. statim dubium occurrit quomodo post determinationem quod bonitas aliqua prius cō̄ueniat actui exteriori quam voluntari: dubitari rite potest, an tota eius bonitas pendeat ex voluntate. Si enim prius actui conuenit cō̄ voluntati aliqua bonitas liquet q̄ illa nō pendet a voluntate. prius enim nō dependet a posteriori: ac per cō̄sta q̄ nō tota bonitas actus exterioris pendet ex voluntate. Nulla ergo est hic rationabilis questio.

¶ Ad hoc ōr q̄ quia actꝰ exterior voluntarius claudit in se dependentiam a voluntate. Ideo stat q̄ bonitas prius ſm naturaꝫ sit ipsi actui humano exteriori quam voluntati: adhuc restat ambiguū an etiā illa bonitas q̄ prius ei conuenit dependeat a voluntate: ſz. n. prius non dependeat a posteriori: q̄ñ prius inest alicui pōt dependere ab eo cui posterius inest, ſic autem per se diuidunt genus ſm pñs. Et est ſile ſi concluso in. S. meta. cum igitur actus sit moralis ex q̄ sanꝫ prius inest alicui quā medicine quere-

luntatem. ¶ Ad ſcm dicendum, q̄ finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. ¶ Ad tertiū dm̄, q̄ forma ſm q̄ est recepta in mſria est posterior via ḡnationis cō̄ mſria ſz sit prior nā: ſz ex q̄ est in cā agēte est oīb⁹ modis prior: voluntas aūt comparatur ad actū exteriorem, sicut causa efficiens: vnde bonitas actus voluntatis est forma exterioris actus sicut in causa agente existens.

¶ Utrum tota bonitas ⁊ malitia exterioris actus dependeat ex bonitate voluntatis.

Articu. 2.

AD Secundum sic procedit. Videt q̄ tota bonitas ⁊ malitia actus exterioris dependeat ex voluntate, dicitur enim Mat. 7. Non pōt arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala facere fructus bonos: per arborem autem intelligitur voluntas, ⁊ per fructum opus, ſm glo. ergo non pōt esse q̄ voluntas interior sit bona. ⁊ actus exterior sit malus, aut econuerso. ¶ ℣. Augu. dicit in lib. retractationū q̄ non nisi voluntate peccatur. ſi ergo nō sit peccatum in voluntate, non erit peccatum in exteriori actu ⁊ ideo tota bonitas vel malitia exterioris actus ex voluntate dependet. ¶ ℣. Bonū ⁊ malum de quo nunc loquimur sunt differentie moralis actus, ſ. die autem per se diuidunt genus ſm pñs. Et est ſile si concluso in. S. meta. cum igitur actus sit moralis ex q̄ sanꝫ prius inest alicui quā medicine quere-

co q̄ est voluntarius, videtur q̄ bonū ⁊ malum accipiā in actu solū ex pte voluntatis. Sed ℣ q̄ Aug. dr in li. 3 mediacū, q̄ quedam sunt q̄ nullo quasi bono fine aut bona voluntate possunt bñ fieri.

Rñdeo dm̄, q̄ sicut iā dictū est in exteriori actu pōt considerari duplex bonitas vel malitia. Una ſm debitā mām ⁊ circūſtātias. Alia ſm ordinē ad finē. Et illa q̄dē q̄ est ſm ordinē ad finē tota dependet ex voluntate: illa autē q̄ est ex debita mſria vel circūſtāt⁹ dependet ex ratione. ⁊ ex hac dependet bonitas voluntatis ſm q̄ in ipsam fertur. ¶ Est aūt cōsiderandum q̄ sicut. S. dictū est, ad hoc q̄ aliq̄d sit malū sufficit vnus singularis defect⁹: ad hoc aūt q̄ sit simpliciter bonum non sufficit vnū singulare bonū, ſz requiritur integritas bonitatis: si igitur voluntas sit bona ⁊ ex obiecto ꝓpio: ⁊ ex fine, ꝙis est actum exteriorez esse bonū, sed non sufficit ad hoc q̄ actus exterio: sit bonꝰ, bonitas voluntatis que est ex intētione finis: sed si voluntas sit mala siue ex intētione finis, siue ex actu volito, consequens est actum exteriorem esse malum.

Ad primū Ergo dm̄, q̄ voluntas bona: prout significat q̄ arborem bonam est accipienda ſm q̄ habet bonitatem ex actu volito, ⁊ ex fine intento.

¶ Ad ſm dm̄, q̄ non solum aliquis volun-

¶ Est igitur dubium circa rōnem allatam in littera ad probandū quod in voluntate non sit aliqua virtus ad ꝓpium volentis bonū. Primo qz falsum videtur ,qđ voluntas ex propria ratione sit sufficienter determinata ad bonum rōnis proprium volentis:qz si sic esset voluntas vt in pluribus faltem eligeret tale bonum rōnis:z rursus prompte , faciliter z delectabiliter tale bonū eligeret z rursus ad tale bonū eligendum recte codcz modo determinata esset:hec sunt falsa.ergo sequela probatur:quia determinatio nature excludens habitum ſupplet quicquid daret habitus in subiecto apto nato:z tanto melius quanto habitus imitatur naturam:z nō econuerso.falsitas aūt ꝓmisse consequentie probatur:nam in nobis ipsis hec experimur. Et rōne confirmatur:qz si voluntas esset ex propria rōne determinata ad tale bonū non opus esset continentie habitu in voluntate:si enim voluntas ex se magis aut eque determinata est ad bonum tale ac si haberet habitū virtutis.et habendo habitum virtutis puta temperātie nō egeret cōtinentia.ergo inclinata ex propria rōne nō eget cōtinentia: sed per se eget cōtinentia.ergo voluntas nō est ex se inclinata ad tale bonū. Deinde dubitatur qz si voluntas determinata ex propria ratione ad bonum rōnis. ergo nec virtus iustitie in ea esset:probatur sequela:qz bonum iustitie est ſm rōnem: z est ꝓpium exercens iustitiam:iustitia enim bonum reddit habentem z opus eius bonum

Deinceps arguit sc̄o tus:qz cum iustitia sit virtus moralis et in voluntate rōnis que mutant de voluntate z virtute morali nō cōcludunt preterea voluntas est indeterminata nō solum ad ꝓposita obiecta sed modos agendi scz recte z non recte. ergo eget inclinatione ad recte agendū:z hec est ſm. ꝓpteres voluntas nō magis est determinata ad vnū cp intellꝰ.ergo ex frequentibus rectis electionibus generatur in ea virtus sicut intellectus ex frequentibus actibus. ꝓterea voluntas nō facile ꝓmpte z delectabiliter seruat sine virtutis habitu. ergo eget virtute sequela patet z antecedens ꝓbatur in vitioso nuper cōuerso: qui difficultatē patitur in perseuerando: qz non habet habitum acquisitum virtutis.

¶ Ad hec dicitur qđ cum naturaliter amabile sit bonum. vnicuique aūt ꝓprium (vt experientia testatur) consequens est vt voluntati que appetitus est rationalis,amabile sit naturaliter z bonum,z bonū ꝓprium. cum autem apud dionysium. 4. ca. de diuinob. bonum habentis sit ſm rationem esse: z hec non conueniat habenti secundum appetitum sensitiuū, oportet q conueniat scz appetitui rationalem bonum enim appetitus alicuius obiectum constat esse. Igitur obiectum voluntatis est bonum rationis. et si huic addatur ꝓpietas,cōcluditur q ꝓprium bonum ſm rōnem est nāle obm voluntatis: ac per hec voluntas est ex propria natura inclinata ad ꝓprium bonum secundum rationem.z quia rationis medium in passionibus concupiscibilis z irascibilis non est alienum sed ꝓprium bonum secundum rationem ipsius habentis passiones ideo naturaliter voluntas habentis passiones: qualis est voluntas humana:ex se determinata est ad tale benum. Sed aduerte q aliud est voluntatem esse naturaliter inclinatam inquantum est ex se ad ꝓprium volentis bonum secundum rationem: z aliud est volentem esse naturaliter inclinatum ad hoc. primum enim sonat in voluntate tantum talem determinationem secundum simpliciter.z tenta est inter hec distantia , vt ex hac radice omnia fere soluenda sint vt nunc videbitur: si enim volens pura sortes esset determinatus ita quod non egeret habitu ad medium rationis in passionib⁹ ꝓpr⁹ esset ad opera tēperātie z fortitudinis sicut tēperati z fortes:sed qm̄ ꝓni sunt in malum ab adolescētia sua sensus hominū:z caro concupiscit aduersus spiritū non simpliciter,sed in voluntate tm̄ inclinatio hec ad tale bonum ponitur. Et qm̄ exercitatio hominis in his medijs non fit sola voluntate sed cōcurrente parte sensitiua naturaliter ſm se inclinata ad concupiscibile sine rōnis freno.ideo nō sequitur ex illa inclinatione in voluntate q vt in pluribus eligam⁹ talia bona:aut q ꝓmpte faciliter z delectabiliter,z q recte semper voluntas ad huiusmodi se habeat.

Vtrum vires apprehensiue sensitiue sint subiectum virtutis. Arti.5.

Quintū Sic proceditur. Videtur qđ in viribꝰ sensitiuis appehēsiuis interiꝰ possit esse aliqua virtus. Appetitꝰ em̄ sensitiuꝰ ꝓt esse subm virtutis inquātū obedit rōni: sed vires sensitiue apprehēsiue interiꝰ rōni obediunt:ad imperiū em̄ rōnis operāt z imaginatiua,z cogitatiua, z memoratiua.ergo in his viribus potest cē virtus. ¶ ꝓ. Sicut appetitus rōnalis q̄ē volūtas in suo actu potest impediri vel etiā adiuuari per appetitū sensitiuū,ita etiā intellectus vel rō pōt impediri vel etiā iuuari p vires p̄dictas sicut ergo in viribꝰ sensitiuis appetitiuis pōt cē virtus,ita etiā in apphēsiuis. ¶ ꝓ. Prudentia est q̄dā virt⁹:cuius partē ponit tullꝰ memoriā in sua rhetorica.ergo etiā in vi memoratiua potest esse aliqua virt⁹: z cadē rōne in aliis interioribus apprehēsiuis viribus.

Sed ꝺ est,q oēs virtutes vl̄ sunt intellectuales vel morales:vt ōr in. 2. eth. morales aūt virtutes oēs sunt in parte appetitiua:intellectuales aūt i intellectu vl̄ rōne:sicut ꝓz in.6.eth.nulla ergo virtus est in viribus sensitiuis apprehensiuis interiꝰ.

Rndeo Dom,q in viribus sensitiuis apphēsiuis interius ponūtur aliqui habitꝰ:q ꝓz ex hoc ꝓcipue q phs dicit in li.de memoria q in memorādo vnū post aliud operat ꝓsuetudo q̄ est quasi quedā nā:nihil aūt est aliud habitꝰ cōsuetudinalis q̄habitudo acq̄sita per consuetudinē que est in modū nāe. Vñ de virtute dicit tullꝰ in sua rhetorica q est habitus in modum nāe rōni consentaneus. In homine tamen id qđ ex consuetudine acquiritur in memoria z in aliis viribꝰ sensitiuis apprehēsiuis nō est habitus p se.scz ad aliquid annexū habitibꝰ intellectiue partis:vt supra dictū est: sed tm̄ siqui sunt habitꝰ in talibꝰ viribꝰ virtutes dici nō ꝓnt:virtꝰ em̄ est habitꝰ perfectꝰ, quo nō cōtingit nisi bonū operari:vñ opz q virtꝰ sit in illa potētia q̄ est consummatiua boni operis:cognitio aūt veri nō cōsummatur in viribꝰ sensitiuis apphēsiuis.scz hmōi vires sunt q̄si ꝓparatorie ad cognitionē intellectiuā:z iō in hmōi viribꝰ nō sunt ꝟtutes qbꝰ cognoscit verū:scz magis in intellectu vl̄ rōne.

Ad primū Ergo dom, q appetitꝰ sensitiuꝰ se hz ad voluntatē qui ē appetitus rōnis sicut motꝰ ab eo, z ideo opus appetitiue virtutis cōsummat in appetitu sensitiuo:z propter hoc appetitꝰ sensitiuꝰ est subm virtutis.virtutes aūt sensitiue apprehēsiue magis se hūt vt mouētes respectu intellectꝰ:eo q fantasmata se habēt ad animā intellectiuā sicut colores ad visum. vt dicit in.3.de aīa, z ideo opꝰ cognitionis in intellectu terminat z ꝓpter hoc ꝟtutes cognoscitiue sunt in ipso intellectu vl̄ rōne. Et per hoc ꝓz solutio ad 3z. ¶ Ad tertiū dicendū,q memoria nō ponit pars prudētie. sicut species est pars generis quasi ipsa memoria sit quedam virtus per se:sed qz vnū eorum que requiruntur ad prudentiā est bonitas memorie:vt sic quodāmodo se habeat per modum partis integralis.

Vtrum voluntas possit esse subiectum virtutis. Articu.6.

Decimo Sic proceditur. Videtur q volūtas nō sit subm alicuius virtutis. Ad id em̄ q conuenit potentie ex ipsa ratione potentie non requirit aliquis habitus sed de ipsa ratione voluntatis cū sit in ratiōe fīs ꝓbm in.3. de aīa,est q tēdat in id qđ est bonū ꝓz rōnē:ad q ordinat oīs virtus: qz vnūqđq nāl⁹ apperit ꝓpriū bonū.virtus em̄ est habitus per modū nāe cōsentaneꝰ rōni,vt tullius dicit in sua rhetorica. ergo volūtas nō est subm virtutis. ¶ ꝓ. Vis ꝟt⁹ aut est intellectualis aut moralis: vt ōr in.1.7.2.eth. ꝓz ꝟt⁹ intellectualis est sicut in subo intellectu z rōne,nō aūt in volūtate:ꝟtus aūt moralis est sicut in subiecto in irascibili z cōcupiscibili,que sunt irrationales p ꝓticipationem.ergo nulla virtus est in voluntate sicut in subiecto. ¶ ꝓ. Oēs actus humani ad q̄s virtutes ordinantur sunt voluntarij: si igit respectu aliquorum humanorum actuū sit aliqua virt⁹ in voluntate,pari ratiōe respectu omniū actuū humanorū erit virtus in volūtate.aut ergo in nulla alia potētia erit aliqua virtus,aut ad eundē actū ordinabūtur due virtutes:quod videtur incōueniēs: voluntas ergo nō potest esse subm ꝟtutis.

Sed Contra est,q maior perfectio requiritur in mouente cp in moto: sed voluntas mouet irascibilem z concupiscibilem:ergo magis ꝓz esse virtus in in volūtate cp in irascibili z concupiscibili.

Rndeo Dom,q cū p habitū pficiat potētia ad agendū, ibi indi-

Prima secunde. S. Tho.

sed bene sequitur cū hac specificatione q̄ volūtas quātū ex se, recte se haberet ad hmōi vt in pluribus eligeret talia bona z pmpte, faciliꝰ, atq; delectabiliꝰ. Ad id ño q̄ de cōtinentia obijcit: ꝺz q̄ cōtinētia nō eget voluntate vt inclinet inferiꝰ in se ēstin tale bonū: sed vt resistat insurgentibus passionibus sensitiui appetitꝰ. Etsi ꝫ hoc insinuetur: q̄ per eandē habitū poꝫ aliqua inclinatur ad vnū oppositoꝝ, z reliquo resistit. z rursus naturalis determinatio nō est minoris efficacie,

q̄ determinans habitus: ꝑ hoc aūt q̄ si voluntas esset habituata nō egeret cōtinētia ad resistendū. ℊ. nūc ordine retrogrado: q̄ determinatio nāe non est minꝰ efficax q̄ determinatio habitꝰ. Est tñ minus faciens: ex plicans opus sui quā determinatio habitus acquisiti. z in pōpta causa est: q̄ acquisitꝰ habitus ut ipsa acquisitione expulit insurgētia contraria. hālis aūt determinatio nō. vnde assimilat habituī infuso potiusq̄ acquisito. ad primū aūt dicitur q̄ voluntas sumitur dupliciter vno mō vt iuncta contrario appetitui sensitiuo z q̄ quēadmodū ipsa secundū se est determinata ad tale bonū ita secundū se est potens resistere cōtrario obiecto. Et q̄ quēdm ipsa vt cōiuncta ꝺno appetitui nō est determinata ad tale bonū: p̄ꝫto impedibilis est attendens in tale bonum ad q̄ est ex se inclinata tanta vt sic eget habitu ad resistendū hmōi impedimentis. Et si hic instet: q̄ voluntas vt iuncta appetitui sensitiuo est determinata ad bonū in passionibꝰ appetitꝰ sensitiui p te: z volūtas vt iuncta appetitui sensitiuo eget habitu ad resistendū passionibꝰ etiā per te. ergo falsum est q̄ volūtas ē ex se determinata ad tale bonū, et iuncta sensui eget habitu. ℊ sit vt iuncta appetitui sensitiuo hꝫ vtrūq; et sic ola ruunt. ꝑbaf assumptum: q̄ voluntas sepata nō ē determinata ad boꝰ eligendū in passionibus vt ꝑꝫ in angelis, z ex rōne: q̄ nō est ꝓpriū boꝰ volētis. Rndet q̄ falsum assumit quo ad ꝺ q̄ volūtas vt iuncta sensui determinet ad bonū in passionibꝰ, aliud est. n. dicē. voluntas vt iuncta sensui hꝫ inclinationē ad bonū ꝓpriū passionū. z aliud est dicere: volūtas vt iuncta sensui hꝫ q̄ inclinatio sua nāliꝫ terminet ad bonū in passionibꝰ. ꝑm. n. significat q̄ ꝓiunctio volūtatis ad ptē sensitiuā sit rō q̄ volūtati cōueniat inclinatio talꝫ ā q̄ cōiunctio nō sit rō q̄ inclinatio q̄uenianꝫ q̄ inclinatio q̄ hꝫ terminet ad tale boꝰ: z ꝑmū q̄dē falsum est sola loquēdo. ꝑm aūt verū ad cuius euidētiā scito q̄ volūtati ꝺiuine ex suo gñe cōuenit q̄ nāle inclinet i ꝓpriū boꝰ tā sui q̄ volētis vt superiꝰ in. q. 19. ꝑꝫ ꝺ. n. cōē ei volūtati, ꝫ q̄ ꝓpriū bonū sit in tali mā. l. i passionibꝰ volētis ꝺ est ex ꝓiunctiōe volūtatis ad partē sensitiuā. vñ inclinatio ipsa volūtatis in ꝓpriū boꝰ ꝑm rōnē in quacūq; mā sit est ei naīlis ex ꝓpria rōne: ꝫ q̄ hec sua inclinatio terminet ad bonū in passionibꝰ sensitiuis hñtis volūtatē ē ex ꝓiunctione volūtatis ad partē sensitiuā. Est igitur volūtate nāa q̄tū ex pte volūtatis ē sufficiēs determinatio ipsius ad ꝓpriū bū ac per hoc ad bonū ꝑm rōnē ipsiꝰ volentis: z cū hoc ex coniunctione ad

get potētia habitu pficiēte ad bñ agendum (qui quidē habitus est virtus) vbi ad hoc non sufficit ꝓpria rō potētie. oīs autez poꝰ ꝓpria rō attendit in ordine ad obm. vñ cū sicut dictū est, obm voluntatis sit bonum rōnis voluntati proportionatum quantum ad hoc nō indiget voluntas virtute pficiēte. sed si qd̄ bonū immineat homini volēdū q̄ excedat ꝓportionē volētis: siue q̄tū ad totā spēm hūanā, siue bonū diuinū q̄ trāscēdit limites humane nāe: siue q̄tū ad inditū duū, sicut bonū primi, ibi volūtatis indiget virtute. z iō hmōi ꝯtutes q̄ ordināt affectū hois in deū vel in primū, sunt in voluntate sicut i subiecto: vt charitas, iustitia: z hmōi.

Ad primum ergo ꝺm, q̄ rō illa hꝫ locū de ꝯtute q̄ ordinat ad bonum ꝓpriū ipsius volētis, sicut temperātia z fortitudo que sunt circa passiones humanas. z alia huiusmodi. vt ex dictis ꝑꝫ. ¶ Ad ām ꝺm, q̄ rōnale ꝑ participationem nō solū est irascibilis z concupiscibilis, sed oīno. i. vtr appetitiuū vt dicit in. 1. ethi. sub appetitiuo āt cōprehēditur voluntas. z ideo si qua virtꝰ est in volūtate, erit moralis: nisi sit theologica, vt infra patebit. ¶ Ad tertium ꝺm, q̄ quedā ꝯtutes ordinātur ad bonū passionis moderate q̄ est ꝓpriū huius vel illiꝰ hois. z in talibꝰ nō est necessariū q̄ sit aliqua virtus in volūtate cū ad hoc sufficiat nā poꝰ vt dictū est. sꝫ hoc solū necessariū est in illis virtutibꝰ q̄ ordinant ad aliqd̄ bonū extrinsecū.

¶ De distōne ꝯtutū intellectualiū. Qō. 57.

Deinde Considerādum est de distōne virtutū. Et primo quātū ad virtutes intellectuales, secūdo quantū ad morales. tertio ꝯtum ad theologicas. Circa primū queriꝰ sex. Primo vtrū habitus intellectuales speculatiui sint ꝯtutes. Scꝺo vtrū sint tres. s. sapiētia. sciētia z intellectꝰ. Tertio vtrū habitꝰ intellectualis q̄ est ars sit ꝯtꝰ. Quarto vtrū prudentia sit virtus distincta ab arte. Quinto vtrum prudētia sit virtus necessaria homini. Sexto vtrum eubulia, synesis, z gnomi sint virtutes adiuncte prudentie.

¶ Utrum habitus intellectuales speculatiui sint virtutes. Arti. 1.

Ad primū sic proceditur. Uidet q̄ habitus intellectuales speculatiui nō sint ꝯtutes. virtꝰ em̄ est habitus operatiuus: vt. ℊ. dictum est. Sꝫ habitꝰ speculatiui nō sunt operatiui: distinguit em̄ speculatiuā a practico. i. opatiuo. ℊ habitꝰ intellectuales spᵘˡᵃ nō sunt ꝯtutes. ¶ Cꝫ. Uirtꝰ ē eoꝝ p q̄ fit hō felix siue bñs:

partem sensitiuā fortē necessitatē habitꝰ ad resistēdū. Sꝫ hꝫ q̄ꝫ intelligito sustinendo ꝓtinētiā esse in volūtate, q̄ inferiꝰ discutiet si. n. ꝓtꝰ in rōne ponit ꝑꝫ q̄ nulla ē difficultas in ꝓposito: z cū vtile disputatione hanc hēs cuiꝰ etsi dēā ꝑcio nō renes. i. mīta in alia ꝯa z certa i ea dēā tenēda sunt.

¶ Ad 2ᵐ ꝺo ꝺ: q̄ ibi ē equiuocatio de bono iustꝰ obiue vt formale. Ad boᵐ, esse iustꝰ obiue nō nāliꝫ inclinat volūtas: q̄ nō est ꝓpriū sꝫ alteriꝰ: insta in his q̄ sunt ad alterū est de tali virtute z secundum rōnē de bono est sermo cū ꝺz q̄ꝺ q̄ poꝰ nāliꝫ inclinat in aliqd̄ bonum non eget habitu virtutis: potentia em̄ vt sic obiū per se primo respicit: z habitus operatiuus de q̄ est sermo z virtus odz respiciūt nec virtus est virtus, nec habitus habitꝰ: odio aūt precedit de bono iuste fortaliter: q̄ est formale ipse habitus iustitie ad q̄ cōstat poᵃᵐ inclinari non medius alio habitu vt ꝑꝫ. hoc em̄ est est cōe oi virtuti: illud aūt non est cōe oibꝰ virtutis: vt patet. ¶ Ad obones aūt ex scoto sumptas non q̄ ipse afferat eas cōtra S. Tho. sed q̄m ipse vt deū est dissentiat a S. Tho. z has rōnes ꝑ oppositā positionē affert: cuius rōnes sꝫ non sint nīe verisimi vt neuiti cauti sint pdērūt. Ad primā ergo ꝺz q̄ rōnes militātes de moralibus ꝯtutibꝰ etica passiones nō militāt de iustitia, q̄ bonū illarū est ꝓpriū volētis iustitie vero alterū. Ad 2ᵃᵐ ꝺz q̄ qz bonū rōnis in passionibus est mediū ām rōnē: z nō ām rē in passionibꝰ: vt patet in. 2. ethi. z meᵐ rōnis non attendit ām quātitatem intēsiuā solā: sed ām oēs circumstātias. s. q̄n opz, vbi, propter quid ꝛc, z in hoc manifeste includit recte eligere. iō volūtas determinata ex ꝓpriis rōe ad bonū ām rōnem in passionibꝰ est eo ipso eodē mō determinata ad recte eligere ciuſdē em̄ rōnis est inclinare ad vtrūq; z de fectus in altero alterū defectum inducit. Ad tertiū ꝺz q̄ est manifeste sophisma: concesso em̄ sicut verū est q̄ in volūtate ex frequentatis rectis electionibus fit habitus virtutis: non sequit, ergo ex frequentatis electionibus rectis habitus virtutis: vt patet. z ratio physica est: q̄ voluntas non est determinabilis ex se: sed determinata ad tale bonū quod frequēter eligit: habitus aūt talis virtutis non est nisi fieri nisi in subo apto nato. s. determinato. ¶ Ad ꝺmā iā ꝑz ex hoc q̄ nuper cōuersus ipsi est ex parte volūtatis ām se ꝓpte facilē z delectabiliter eligere bonū in passionibus: simplr āt ipse volēs difficile eligit pp hoc priores detestationes. n. deū est q̄ inclinatio hec voluntatis intrinseca assistat habitui infuso: quē experimur nō auferre a nobis difficultatē bñ operādi: quantus quantū est ex parte ipsius ꝓmpte, faciliter z delectabiliter operari.

¶ Super. q. 57. ar. 1.

Lar. 1. q. 57. in responsione ad primum: habes nouitie distinctionem de opere interiori intellectus, z extra eum a quo dicitur operatiuum quod vocatur practicum.

nis q̄ est deus q̄ est summū speculabile, alio mō ꝺr esse virtus aliquoꝝ sicut actuū. z hoc mō virtutes intellectuales sunt eoꝝ per q̄ homo fit beatus: tum q̄ actus harū virtutū possunt esse meritorij sicut dictū est. tū etiā q̄ sunt quedā inchoatio perfecte beatitudinis: que in cōtēplatione veri cōsistit sicut supra dictū est. ¶ Ad tertiū dōm, q̄ scientia diuidit contra virtutē secundo modo dictam, que pertinet ad vim appetitiuam.

¶ Utrum sint tm̄ tres habitus intellectuales speculatiui: scilicet sapientia scientia z intellectus. Art. 2.

1.q. 68. 3. 7. co. 1. 22. q. 4. ar. 8. co. et. q. 47. ā. 3. co. et. 1. 1 pl. ar. 3. co. Et. 3. 7. c. 4 4. fi. Et 5. q. 1. art. 12. cor. z 3. 13. co.

Ad secm Sic pceditur. Aꝺ q̄ inconuenīter distinguunt̄ tres virtutes intellectuales speculatiue, s. sapientia, scientia, z intellectus. Species eīm nō debet cōdiuidi generi: sed sapientia est quedaꝫ scientia vt dicit in. 6. ethi. ergo sapientia non debet condiuidi scientie in numero virtutū intellectualiū. ¶ Ꝑ. In distinctione potentiarū, habituū z actuū que attendit̄ ꝑm obiecta, attēditur principaliꝫ distinctio que est ꝑm rationē formalē obiectoꝝ, vt ex supradictis patet. non ergo diuersi habitus debēt distingui ꝑm mālē obm, sed ꝑm rationē formalē ipsius obi: sꝫ principium demonstrationis est ratio sciendi cōclusiones: non ergo intellectus principioꝝ debet poni habitus alius aut alia virtus a scientia conclusionū. ¶ Ꝑ. Uirtus intellectualis dicit que est in ipso rōnali per essentiā: sed ratio etiam speculatiua sicut rōcinaꝫ syllogizādo demōstratiue, ita etiā rōcinaꝫ syllogizando dialectice. ergo sicut scia q̄ causaꝫ ex syllo demonstratiuo ponitur virtus intellectualis speculatiua, ita etiam z opinio.

Sed cōtra Est, q̄ philosophus in. 6. ethi. ponit has solum tres virtutes intellectuales speculatiuas: scilicet sapientiam, scientiam z intellectum.

Rñdeo Dōm, q̄ sicut supra dictū est, virt⁹ intellectualis speculatiua est per quam intellectus speculatiuus perficitur ad considerandum verum. hoc enim est bonum opus eius. verum aūt est dupliciter considerabile. Uno modo sicut per se notum. Alio modo sicut per aliud notum. Quod autem est per se notū, se habet vt principiū z percipitur statim ab intellectu. z ideo habitus perficiens intellectum ad hmōi veri considerationem vocatur intellectus, qui est habitus principioꝝ. Uerū aūt q̄ō est p aliud notū nō statim percipitur ab intellectu: sed p inquisitionem rōnis. z se hꝫ in rōne termini. quod quidē pōt esse dupliciter. Uno modo vt sit vltimū in aliquo genere. Alio modo vt sit vltimū respectu totius cognitiōis humane. Et q̄ ea que sunt posterius nota quoad nos, sunt priora: z magis nota secūdū naturā: vt dicitur in. 1. phyſi. ideo id quod est vltimū respectu totius cognitionis humane, est id quod est primum z maxime cognoscibile ꝑm naturā. z circa huiusmodi est sapiētia. q̄ considerat altissimas causas: vt dicitur in primo metaphy. vnde conuenienter iudicat z ordinat de omnib⁹: q̄ iudicium perfectuꝫ z vniuersale habere nō pōt nisi p resolutionē ad primas causas. Ad id vero quod est vltimū in hoc vel in illo genere cognoscibiliū pficit intellectum scientie, z ideo ꝑm diuersa genera sensibiliū sunt diuersi habitus scientiarum, cum tamen sapientia non sit nisi vna.

Ad primū Ergo dōm, q̄ō sapientia est quedā sciētia, inquātum hꝫ id q̄ō est cōe oīb⁹ sciētijs. vt scꝫ ex principijs cōclusiones demonstret, sed q̄ hꝫ aliq̄d ꝑpriū supra alias scientias, inq̄tum scilꝫ de oībus iudicat, z non solum quantū ad cōclusiones, sed etiā quantū ad prima principia, ideo hꝫ rōnē perfectionis virtutis q̄ sciētia. ¶ Ad scām dōm, q̄ō quando ratio obiecti sub vno actu refertur ad potentiam vel habitum, tunc non distinguuntur habitus vel potentie penes rationem obiecti z obiectum materiale: sicut ad eandem potentiam visiuā pertinet videre colorem, z lumen quod est ratio videndi colorem, z simul cum ipso videtur. principia vero demonstrationis possunt seorsum considerari absq̄ hoc, q̄ considerentur conclusiones. Pñt etiā considerari simul cū conclusionibus, prout principia in conclusiones deducuntur. Considerare ergo hoc scō modo principia pertinet ad scientiam que considerat etiā conclusiones: sed ꝓsiderare principia ꝑm seipsa pertinet ad intellectū. Uñ si q̄s recte consideret, iste tres virtutes nō ex equo distinguunt̄ adinuicē: sꝫ ordine quoꝺā, sicut accidit in totis potentialib⁹, quoꝝ vna pars est perfectior altera: sicut alia rationalis est pfectior quam sensibilis, z sensibilis q̄ vegetabilis. hoc eīm mō sciētia depēdet ab intellectu sicut a principaliori: z vtrūq̄ depēdet a sapiētiā sicut a principalissimo que sub se cōtinet z intellectū z sciētiā, vt de cōclusionib⁹ sciētiarū ꝺiudicās z de pncipijs earundē. ¶ Ad tertium dōm, q̄ sicut ā. dictū est, habitus virtutis determinate se hꝫ ad bonū: nullo aūt modo ad malū. bonū aūt intellect⁹ est verū: malū autē eius est falsum. vñ soli illi habit⁹ virtutes intellectuales dicunt̄ quib⁹ semp ꝺr verū z nunq̄ falsum opinio vero z suspicio possunt esse veri z falsi, z ideo nō sunt intellectuales virtutes: vt dicit in. 6. ethicorum.

¶ Utruꝫ habitus intellectualis qui est ars sit virtus. Articu. 3.

Aꝺ Tertium sic proceditur. Uidetur quod ars nō sit virtus intellectualis. Dicit enim augu. in lib. de lib. arbi, quod virtute nullus male vitur: sed arte aliquis male vtitur: potest enim aliquis artifex secundum scientiā artis sue male operari. ergo ars non est virtus. ¶ Preterea. Uirtutis non est virtus: artis autem est aliqua virtus: vt dicitur in. 6. ethi. ergo ars non est virtus. ¶ Ꝑ. Artes liberales sunt excellentiores quam artes mechanice: sed sicut artes mechanice sunt practice, ita artes liberales sunt speculatiue. q̄ si ars esset virtus intellectualis, deberet virtutibus speculatiuis annumerari.

Sed Cōtra est, q̄ ꝑhs in. 6. ethic. ponit artem esse virtutem. nec tm̄ cōnumerat eam virtutibus speculatiuis: quaruꝫ subiectum ponit sciētificam partem anime.

Rñdeo Dōm, q̄ ars nihil aliud est q̄ō rō recta aliquoꝝ operum faciendoꝝ: quoꝝ tamē bonū nō consistit in eō q̄ō appetitus humanus aliquo mō se hꝫ: sꝫ in eo q̄ō ipsum opus q̄ō fit in se bonū est. nō eīm pertinet ad laudem artificis inquātum artifex est, qua voluntate opus faciat: sed quale sit opus q̄ō facit. Sic igitur ars proprie loquendo habitus opatiuus est. z tm̄ in aliquo ꝓuenit cum habitibus speculatiuis: q̄ etiā ad ipsos habitus speculatiuos pertinet qualr se habeat res quā considerāt: non aūt qualr se habeat appetitus humanus ad illas: ꝺsimō. n. verum geometra demonstret non refert qualr se hēat ꝑm appetitiuā partem, vtrū sit ler⁹ vel iratus. sicut nec in artifice refert: vt dictuꝫ est. z tō eo modo ars hꝫ rōnē virtutis sicut z habitus speculatiui. in quantū. s. nec ars nec habitus speculatiuus facunt bonū opus quantū ad vsum q̄ō est propriū virtutis perficientis appetitū: sed solum quātum ad facultatem bene agendi.

Ad Primum ergo dicendum, quod cum aliquis habens artem operatur malum artificium: hoc non est opus artis: imo est contra artez: sicut etiā cum aliquis scies verum mentitur: hoc quod dicit non est secundum sciam, sed contra sciētiam. vnde sicut scia se habet ad bonum semper: vt dictū est, ita z ars. z ꝑ hoc dicitur virtus. In hoc tamen deficit a perfecta rōne virtutis: quia nō facit ipsum bonum vsum: sed ad hoc aliquid aliud requirit: q̄uis bonus vsus sine arte eē nō possit. ¶ Ad scꝺm dōm, q̄ quia ad ħ vt hō bñ vtaꝫ arte quā hꝫ requirit bona voluntas q̄ pficitur p virtutē moralē, iō ꝑhs dicit q̄ artis est virtus. s. moralis: inq̄tū ad bonū vsum eius aliqua virtus moralis requirit. Manifestū est eīm q̄ artifex per iustitiā que facit voluntatez rectam, inclinatur vt opus fidele faciat. ¶ Ad tertium dōm, q̄ etiam in ipsis speculabilibus est aliquid per modum cuiusdam operis: puta constructio syllogismi, aut orationis congrue, aut opus numerandi vel mensurandi. z ideo quicunque ad huiusmodi opera rationis habitus speculatiui ordinantur, dicuntur per quandam si-

¶ Super Art. 2.

In artic. 2. z speculatiualiter in responsione ad secundum nota quomodo sapientia continet intellectum z scientiam: non enim continet vt partes integrales: cum iam dictuꝫ superius sit: quod habit⁹ nō integrāt ex pluribus habitibus, sed continet quali partes potentiales: habet enim se sapientia ad intellectum z scientiam sic q̄ ipsa continet quicqd̄ ille z eminenter. Et hoc modo vtitur principijs per se notis deducendo conclusiones, q̄b est scientie: z ipsa per se nota principia vera esse ex terminis iudicat, defendit z inchoat, que intellectus tātummodo vider absolute: ex vtrūq̄ habet resolutionem do in altissimam causam: q̄b est eminētius continere: z propterea in sexto ethicoꝝ, z in litera dicitur, q̄ continet scientiam z intellectum: z in quarto metaphysice vocaꝫ scientia z defendit principia ex terminis.

1. q̄. 93. ā. 1. cor. Et. 1. q̄. 22. ar. 2 cor. Et 22. q̄. 47. art. 3. cor. Et 5. q. 1. cor. et. 1. eth. cor. 2. fi. z. poste. prin°.

¶ Super Art. 3.

In articulo tertio aduerte nouitie, quod iuxta duplicem bonitatem scilicet propriam habitui artis z moralem duo in litera dicuntur. nam in responsione ad primum de bonitate propria artis dicitur quod arte nullus male ideſt ad malum opus in aliis opposita bonitati artis vtitur. In responsione vero ad secundū de bonitate moris dicitur quod ad hoc quod homo bene vtatur arte, requiritur virtus moralis: hoc enim non exigitur ad faciendum opus artis perfectum (quoniam pōt grammatica perfectissima blasphemare deum) sed ad bene secundum motum virtutum artis.

¶ Super art. 4.

In arti. quarto in responsione ad secundum dubium occurrit eo q̄ author hic dicit cum Aristot. in. 6. ethic. quod ars & prudētia est in opinatiua parte anime que vt ibi scilicet in. 6. etb. & distinguit ghe a particula anime scientifica, & tripse dicit diuus Thomas ibidē affirmat, opinatiuum est cogitatiua, scientificum autem intellectus: prudentia igitur in cogitatiua ponitur hic, & tñ in qōne precedente articu. 3. posita est in intellectu.

¶ Ad hoc dr q̄d prudētia proculdubio est in intellectu vt se extendit ad singularia, propter q̄d opz duo hic aduertere. Primo q̄d intellectus vt extensus ad singularia dicit seipsum & connotat cogitatiuaz que est rō particularis: qm̄ vnito q̄d intellectus per seipsum cognoscat singulare aliquo modo pfecta tñ & directa notitia actiua q̄lis conuenit prudētie de singularib⁹ singl'r non cōuenit intellectui nisi adiuncta sibi cogitatiua: vt in. 6. & 7. ethico. ergo opinatiua ps aie hec duo insinuat. Jō diuersa inuenitur data de ea sniā etiam a diuo Thoma dum in. 6. ethi. intuēdo cōnotatam cogitatiuā illi tribuit opinatiuinomen. Et in prima parte. q. 79. ar. 9. ad tertiū intuendo principantem intellectum in ipso poſuit opinatiuum: medium enim extremum vtrunq; sapit. Secūdo q̄d vnus habitus est quandoque in diuersis potētijs sic q̄ in vna principalr, & in alia secūdario, & sic prudentia est intellectu principaliter, & in cogitatiua & in memorariua secūdario. Et propterea diuersa de ipsa dr̄, que non repugnant dū nūc principale, nunc secundarium subm assignatur & de his in scda secunde. q. 47. amplior erit sermo: cum prudētie nā discutiemur, nūc sufficiant hec communia etiam arti.


¶ Super Art. 5.

In arti. 5. eiusdem. 57. q. in responsione ad tertium dubiū occurrit: q; author dicit veritati et sibi, nā fm veritatē et ipsum in articulo precedente ars nō ꝓsupponit appetitum rectum neq; spectat ad ipsum neq; facit aut

ar. 5. ad 1. Et 22 q. 47. 3. 4. ad 2.

militudinē artes. l. liberales ad vtiam illarum artiū q̄ ordinant ad opa p corpus exercita, q̄ sunt quodāmō seruiles, in quantū corpus seruitr subdit aie, & homo fm aiam est liber. ille vo scientie, q̄ ad nullum hmōi opus ordinant simplr scientie dicunt, nō añt artes nec opz si liberales artes sunt nobiliores q̄ magis eis conueniat ratio artis.

¶ Utrū pru[a] sit dr̄ distincta ab arte. ā. 4.




Quartū sic proceditr. Videt, q̄ prudētia nō sit alia virtus ab arte. Ars cm̄ est ratio recta alicuq; operū: sed diuersa gña operū non faciunt vt aliquid amittat rōnez artis: sunt em̄ diuerse artes circa opera valde diuersa, cū igitur etiā prudētia sit quedā ratio recta operū, videtur q̄ etiā ipsa debeat dici ars. ¶ p. Prudentia magis cōuenit cū arte, q̄ habitus speculatiui: vtrunq; enim eorum est circa cōtingens aliter se habere: vt dr̄ in. 6. eth. quidā habitus speculatiui dr̄ artes. ergo multo magis prudētia dz dici ars. ¶ p. Ad prudentiā pertinet bñ cōsiliari. vt dr̄ in 6. ethi. sed etiā in quibusdam artibus consiliari ꝓtingit. vt dr̄ in. 3. ethi. sicut in arte militari & gubernatiua & medicinali. ergo prudentia ab arte non distinguitur.

Sed cōtra est, q̄ ꝓphs distinguit prudentiā ab arte in. 6. ethicorum.

Rñdeo Dom̄, q̄d vbi inueniuntur diuersa ratio virtutis: ibi opz virtutes distingui. Dictū est añt supra q̄d aliquis habitus hz rōnem virtutis ex hoc solum q̄d facit facultatē bonī opis aliqs añt ex hoc facit non solū facultatē boni opis: sz etiam vsum, ars autē facit solū facultatē boni operis: q; nō respicit appetitum. prudētia añt non solum facit boni operis facultatem, sed etiam vsum: respicit cm̄ appetitum rectū. Et ꝓsupponēs rectitudinē appetit⁹, cui⁹ differentie rō est: q; ars est recta rō factibilis. prudētia vo est recta rō agibilis. Differt añt facere & agere: q; vt dr̄ in. 9. metaphy. factio est actus transiens in exteriorem mām sicut edificare secare & hmōi: agere autē est actus permanens in ipso agente: sicut velle, et hmōi. Sicut igitur hoc modo se habet prudentia ad huiusmodi act⁹ humanos qui sunt vsus potentiarum & habituū, sicut se habet ars ad exteriores factiones, q; vtraq; est perfecta rō respectu illorū ad que cōparat: pfectio ār & rectitudo rōnis in speculatiuis dependet ex principijs ex quibus rō syllogizat: sicut dictū est q̄d sciētia dependet ab intellectu q̄ est habit⁹ principiorū, et ꝓsupponit tm̄ in humanis añt actib⁹ se habēt fines sicut principia in speculatiuis: vt dr̄ in. 6. eth. & tō ad prudētiā q̄ est recta rō agibilū requirit q̄d ho sit bñ dispositus circa fines: q̄d q̄dē est p appetitū rectū, & ideo ad prudētiā requirit moralis virt⁹: p quā fit appetitus rect⁹, bonum añt artificialiū non est bonū appetit⁹ humani: sed bonū ipsorū operū artificialiū, & ideo ars nō ꝓsupponit appetitū rectū, & inde est q̄d magis laudat artifex qui volēs peccat q̄ qui peccat nolēs, magis añt cōtra prudētia est q̄d aliqs peccet volens q̄ nolens: q; rectitudo voluntatis est de ratione prudentie * non autem de ratione artis. Sic igitur patet q̄d prudētia est virtus distincta ab arte.

Ad primū Ergo dom̄, q̄d diuersa gña artificialium o. sa sunt extra hoiem, & ideo nō diuersificat rō virtutis: fz prudētia est recta ratio ipsorum actuum humanorū, vñ diuersificatur rō virtutis: vt dictuz est. ¶ Ad scm̄ dom̄, q̄ prudētia magis cōuenit cū arte q̄ cum habitibus speculatiuis quantum ad subm & materiam, vtrunq; em̄ est in opinatiua parte anime, & circa contingens aliter se habere: sed ars magis cōuenit cū habitibus speculatiuis in rōne virtutis q̄ cū prudētia: vt ex dictis ptz. ¶ Ad tertium dom̄, q̄ prudētia est bene cōsiliatiua de his q̄ pertinēt ad totā vitā hoīs, & ad vltimū finē vite humane, sed in artib⁹ aliquib⁹ est consilium de his q̄ pertinent ad fines ꝓpios illarum artium. vñ aliqui inquantū sunt bene cōsiliatiui in rebus bellicis vel nauticis, dicuntur prudētes duces vel gubernatores, non autez prudentes simpliciter: sed illi solum qui bene consiliantur de his que conferunt ad totam vitam.

¶ Utrum prudentia sit virtus necessaria homini. Articu. 5.



Quintū sic proceditr. Videtur q̄ prudentia non sit virtus necessaria ad bene viuendum. Sicut em̄ se habet ars ad factibilia quoruz est ratio recta, ita se habet prudentia ad agibilia, secundū que vita hominis cōsideratur: est em̄ eorum recta ratio prudentia: vt dicitur in. 6. ethic. sed ars non est necessaria in rebus factibilibus nisi ad hoc q̄ fiāt, nō autem postquam sunt facte. ergo nec prudentia est necessaria homini ad bene viuendum postquam est virtuosus: sed forte solum quantum ad hoc q̄ virtuosus fiat. ¶ p. Prudentia est per quam recte consiliamur: vt dicitur in. 6. ethico. sed homo potest ex bono consilio agere, non solum proprio, sed etiam alieno. ergo nō est necessarium ad bene viuēdum quod ipse homo habeat prudentiam, sed sufficit q̄d prudentum consilia sequatur. ¶ p. Virtus intellectualis est scm̄ quam cōtingit semper dicere verū & nunq; falsum: sed hoc non videtur contingere fm prudētiā: nō em̄ est humanū q̄d in cōsiliando de agēdis nunq; erret: cum humana agibilia sint contingentia aliter se habere. Unde dr̄ Sap. 9. Cogitationes mortalium timide, & incerte prouidentie nostre. ergo videtur quod prudentia non debeat poni intellectualis virtus.

Sed Contra est, quod Sap. 8. connumerātur aliis virtutibus necessarijs ad vitam humanam cum dicitur de diuina sapientia. Sobrietatem & prudentiam docet iustitiam & virtutem quibus vtilius nihil est in hac vita hominibus.

Rñdeo Dom̄, q̄ prudentia est virtus maxime necessaria ad vitam humanam, bene enim viuere cōsistit in bene operari. Ad hoc añt q̄ aliqs bene operetur non solū requirit q̄d faciat, sed etiā qño faciat vt scz fm electionē rectam operetur, nō solum ex impetu aut passione, cum autez electio sit eorum que sunt ad finē, rectitudo electionis duo requirit: scilicet debitum finem, & id quod conuenienter ordinatur ad debitum finem. Ad debitum autem finem homo conuenienter disponitur per virtutem que perficit partē anime appetitiuam, cuius obiectum est bonum & finis: ad id autem quod conuenienter in finem debitū ordinat, oportet q̄d homo directe disponatur per habituz rationis: q; consiliari & eligere que sunt eorum que sunt ad finē, sunt actus rationis, & ideo necesse est in ratione esse aliquam virtutem intellectualem per quam perficiatur ratio, ad hoc q̄ cōueniēter se habeat ad ea q̄ sunt ad finē, & hec virtus est prudētia. vñ prudentia inclinat ad ipsum: vt patet ex se, & ex supradictis manifeste. hic vero litera loquens de intellectu practico nō solum quo ad prudentiam, sed quo ad artem dicit quod veritas intellectus practici accipitur per conformitatez ad appetitum rectum: quod est contra predicta, & quod lō quatur de intellectu practico vniuersaliter vt extendit se ad artes patet ex duobus. Primo quia dicit quod hec conformitas ad appetitum rectum habet locum in contingentibus que a nobis fiunt, siue sint agibilia siue factibilia. Secundo ex hac radice reddit causam obiecti pro q̄ intellectus practici extensi explicite ad artem & prudentiam.

¶ Ad hoc dicit quod quia intellectus practicus conuenit cum speculatiuo in actu cognitionis, & differt in actu directionis differentia practici a speculatiuo non penes cognoscere sed penes dirigere attenditur, ideo veritas intellectus speculatiui consistit in cognoscere: veritas autem intellectus practici in dirigere: et sic veritas intellectus speculatiui consistit in hoc quod cognoscere adequatur rei cognite, veritas autem intellectus practici cōsistit in hoc quod dirigere adequatur primo principio directiuo, vt autem habetur nono methaphysice principium determinatiuum ac per hoc directiuum artis ad operandum est appetitus. Cum igitur vnumquodque ita se habeat ad veritatem sicut ad entitatem directionis, actus proprius intellectui practico, & quo ad esse, & quo ad veritatem pendet ab appetitu et hoc liquet, sed quoniam in litera dicitur quod pēdet ex appetitu recto, scito quod rectitudo ista non est vniformiter accipienda: directio nanque vera intellectus practici in agibilibus attenditur penes conformitatem ad appetitum rectum rectitudine finis moralium, que est bonitas moralis, directio autez vera intellectus practici in factibilibus attenditur penes conformitatem ad appetitū rectum rectitudine finis

2. 2. q. 51. a. 3. ad 3. Et 1. 4. 3. Sen. 4.

artificialium: q̄ non est appetitum esse bonum moraliter: sed esse rectū. i. rectū dere in rectum finē. In omni eñ arte est dare finē rectum z non rectuz. Intñ autē pendet veritas directionis intellectus practici ab appetitu recto in factibilibus q̄ si statuifica reputaret hoiem z per statuā intendat monstrā aut improportionata mēbra volens vel nolens faciat, directio erronea erit, z nō ab arte: qm̄ ipsa verorū tm̄ est: q̄ virtus est, si autē intendat reputare monstrum, vel talem impropor-

tionem; directio vera et opus verum erit: vtpote cōformitatem habens intento fini cui nata est conformari talis rō, nec re decipiat nostre quisquam dicens veritatem huiusmodi non spectare ad artem: sed artis vsum, et consequenter q̄ vsus etiam intellectus speculatiui ab appetitu pendet. sicut contingit logicum syllogizare exquatuor terminis volentē, z ex tribus etiā volentem: ac per hoc vere vel non vere logica vti, ita i arte huiusmodi. ergo veritas directionis ad vsum spectat, nō ad artem ipsam. Aduerte nāq; coincidentiam vsus cū directione in arte, et vide quare apparet quod veritas huiusmodi spectet ad vsum z non ad artem: quāuis enim vsus z directio in arte coincidāt distinguuntur tamen saltem ratione, z arti cōuenit directiōis veritas, non rōne vsus. Ex rōne propie nature que nata est dirige re nō nisi determinata ad directionem ab appetitu recto. In virtutibus autem speculatiuis solus vsus inuenitur pendēs ab appetitu. Et p hoc satis pz rīsio ad obiectionē. nā superi⁹ dictum est, q̄ ars nec supponit appetitū rectū moraliter nec inclinat ad ipsum rectū sine moraliter siue artificialiter: nunc autem dicitur q̄ ppria veritas eius cōsistit in cōformitate ad appetitū rectū non in moralibus, sed in artificialibus qui tunc est cum finem habet a quo obligando artificiale malum est: quia veritas intellectus practici consistit in adequato dirigere: vt exteriora opera testantur hec autem nec veritati, nec authori contradicunt ꝛc.

1.q.22. a.1.ad.1 Et.22.q 49.co. a.2.q.31 p10.q.q. 52.ar.2 co. Et.5 bi.33. q. 3.ar.1.q 3.et. 4. Et bi.q. 1.ar.12. ad.26.z q.3.ar.1 co.

¶ In eadem responsione: scilicet ad tertium quinti articuli questionis 57. aduerte diligentissime vt intingas hec duo simul: scilicet quod habitus sit virtus intellectualis, et quod sit circa contingentia: quoniam sibūnicem aduersantur. si enim est intellectualis virtus, ergo semper verus ac per hoc non contingentium: quia contingentium multa est falsitas, et si est contingentium, ergo non semper verus ac per hoc non est virtus intellectualis, hanc difficultatem tractat hic authot in hoc argumento, hanc difficultatem non potest effugere quisquis perfectionem intellectus practici in sola cognitione ponit. Ubi scito quod Scotus in tertio senten: distinctio. 36. intellectum practicum in sola cognitione rectificans adeo vt prudentiam in sola ratione absque appetitus bonitate ponat, non potest huic difficultati satisfacere. putat autem ipse quod sicut in speculatiuis principia ex terminis et conclusio ex recto syllogismo fiatur necessarii: ita in practicis, et sic perficitur ratio practica, et illud sexti ethico. quo. verum intellectus practici est conforme se habere appetitui recto, glos. ta est virtus necessaria ad bene viuendum.

Ad Primū ergo dōm, q̄ bonū artis consideratur nō in ipso artifice, sed magis in ipso artificiato: cū ars sit ratio recta factibilium: factio eñ in exteriorē materiā transiens nō est perfectio facientis, sed facti sicut motus est actus mobilis. Ars autē circa factibilia est: ſz prudētie bonū attendit in ipso agente cuius perfectio est ipsum agere. est eñ prudētia recta rō agibiliū: vt dictū est. z iō ad artē nō requirit⁹ artifex bene operet: ſz q̄ bonū opus faciat. requireret autē magis q̄ ipsum artificiatuz bene operaretur: sicut q̄ cultellus bene incideret, vel serra bene secaret si propie hoīs esset agere z nō magis agi: q̄ nō hñt dominiū sui actus. z ideo ars nō est necessaria ad bene viuendū ipsi artifici: sed solum ad faciendū ipsum artificiatū bonum. z ad conseruandum ipsum. prudentia autem est necessaria homini ad bene viuendum. nō solū ad hoc q̄ fiat bonus. ¶ Ad ſm dōm, q̄ dum homo bonū opatur nō ſm ppriam rōnē, ſz motus ex psilio alteri⁹: nōdum est oino perfecta opatio ipsius ōptum ad rōnē dirigentem, z ōptum ad appetituz mouentē. vñ si bonū operetur, non tamen simplr bñ qō est bñ viuere. ¶ Ad tertium dōm, q̄ verū intellectus practicialiter accipitur q̄ verū intell⁹ speculatiui vt ōr in. 6. ethi. nāverū intellect⁹ speculatiui accipitur per conformitatē intellectus ad rem. Et q̄ intellect⁹ nō pōt infallibiliter cōformari rebus in contingentib⁹ sed solum in necessariis. iō nullus habit⁹ speculatiuus contingētiū est intellectualis ōr⁹: ſz solū est circa necessaria. Verū aūt intell⁹ practici accipit p conformitatē ad appetitū rectū: que q̄dē cōformitas in necessariis locū nō hz: q̄ voluntē humana nō fiunt, ſz solū in contingentibus que pōt a nobis fieri: siue sint agibilia interiora, siue factibilia exteriora. z ideo circa sola contingentia ponitur virtus intellectus practici: circa factibilia quidem ars circa agibilia vero prudentia.

¶ Utrum eubolia synesis z gnomi sint virtutes adiuncte prudentie. Artī. 6.

Ad sextū Sic proceditur. ūr, q̄ inconuenienter adiungant prudentie eubolia, synesis et gnomi. Eubolia enim est habitus quo bñ consiliamur: vt ōr in. 6. eth. ſz bñ cōsiliari pertinet ad prudētiā: vt in eodē lib. ōr. ergo eubolia nō est virtus adiuncta prudētie, sed magis est ipsa prudētia. ¶ Ad superiorē pertinet de inferiorib⁹ iudicare, illa ergo virtus videtur suprema cuius est actus iudiciū: sed synesis est bñ iudicatiua. ergo synesis non est virtus adiuncta prudētie: sed magis ipsa est principalis. ¶ Sicut diuersa sunt ea de quibus est iudicādū ita etiā diuersa sunt ea de quib⁹ est cōsiliandū: sed circa oia cōsiliabilia ponit ꝓtus vna. ſ. eubolia. ergo ad bene iudicādum de agēdis non opz ponere ꝑter synesim aliā ꝓtutē. ſ. gnomin. ¶ Tullius ponit in sua rhetorica tres alias partes prudentie. ſ. memoriam preteritorum, intelligentiā p̄sentiū, z prudētiā futuroꝝ. Macrobi⁹ etiā ponit sup somnium Scipionis quasdā alias partes prudentie scilicet cautionē docilitatem z alia hmōi, non videntur igitur sole huiusmodi virtutes prudentie adiūgi.

Sed Contra est authoritas philosophi in. 6. ethico. qui has tres virtutes ponit prudentie adiunctas.

Rndeo Dōm, q̄ in oibus potētijs ordinatis illa est principalior q̄ ad principaliorē actum ordinat. circa agibilia autē humana tres actus rōnis inueniuntur: quorū primus est cōsiliari, secundus iudicare, tertius est p̄cipere. primi aūt duo respondent actibus intell⁹ speculatiui q̄ sunt inquirere z iudicare. nō cōsilium inquisitio quedam est. sed tertius actus est pprie practici intellectus inquantum est operatiuus. non enim rō hz p̄cipere ea que per hoīem fieri non pōt. Manifestum est aūt q̄ in his que per hominez fiunt principalis actus est p̄cipere ad quē alij ordinant, z ideo virtuti que est bene p̄ceptiua. ſ. prudētie tanq̄ principaliori adiunguntur tanquā sōdarie eubolia, que est bene consiliatiua, z synesis z gnomi: que sunt partes iudicatiue. de quarum distinctione dicetur.

Ad Primū ergo dōm, q̄ prudentia est bene cōsiliatiua nō quasi bñ ꝓsiliari sit immediate act⁹ ei⁹: ſz q: hūc actū ꝑficit mediāte ꝓtute sibi subiecta, q̄ est eubolia. ¶ Ad ſm dōm, q̄ iudiciū in agēdis ad aliq̄d vlterius ordinat: cōtingit. n. aliquē bñ iudicare de aliquo agēdo, z tñ nō recte exequi. sed vltimū cōplementū est q̄n rō iam bñ p̄cipit de agendis. ¶ Ad tertiū dōm, q̄ iudiciū de vnaquaq; re fit per ppria principia eius. inq̄ sitio aūt nōdū est p propria principia: q: his habitis nō esset opus inquisitione, sed iam res esset inuenta. z iō vna sola virtus ordinatur ad bene consiliandū, due autē virtutes ab bene iudicandū: q: distinctio non est in communibus principijs, sed in propijs.

¶ Super Articu. 6.

Ista articulo sexto in responsione ad tertium memento nouitie: quod tas dialectica quam demonstratiua docens est vna: sed in vsu est differentia quam ponit litera: quia dialectica etiam vrens est vna. demonstratiua vero multiplex id est principia rationum demonstratiuarum diuersificantur in ꝓta diuersitatem reruz scibilium: quia sunt propria illis: principia vero rationum probabilium non diuersificantur iuxta diuersitatem rerum: quia sunt communia, hoc enim est dialecticam vtentem esse vnam, demonstratiuam multiplicem. Diuersitas nanque vel identitas principiorum sueruz infert earum diuersitatem.

¶ Super quest. 58. Articulum. 1. 2. 3.

In articulorum primi & secundi titulis in questione 58. aduerte q̄ quia formalis est doctrina autoris, ideo licet conclusum sit q̄ non omnis virtus est moralis spāliter quesitum est an moralis sit intellectualis, decet enim doctrinam psalatim sin gula explicare, q̄uis omnis virtus humana non moralis sit intellectualis.

¶ Super articulum secundum.

In articulo secundo eiusdem. 58. questionis aduerte quod vltima verba in corpore articuli, scilicet habitus moralis hz rationem virtutis humane, inquantum rationi cōformat non intelliguntur de cōformitate superadditre relationis: sed de conformitate essentiali, iam enim superius dictum est, q̄ virtus moralis est essentialiter habitus cōformis rationi, et nō fit idem habitus de non virtute virtus per superadditam relationem ad rationem rectam, et hec expositio sufficiat pro omnibus similibus verbis autoris tam hic q̄ alibi.

¶ In eodem secundo articulo relinquit difficultas illa in proprio loco disputanda, an possit hō cōtra actuale iudicium operari, sat enim est proposito de habitibus loqui, et necessitatem habitus in appetitu etiā ostendere, vt in literis fit.

1.q. 68. ar. 8. co. Et. 5. di. 23. q̄. 1. art. 4. q. 2. col.

vñ & in speculatiuis vna est dialectica inquisitiua de oībus, scientie autē demonstratiue q̄ sunt iudicatiue sunt diuerse de diuersis. Distinguunt aūt synesis & gnomi sm diuersas regulas quibus iudicat, nam synesis est iudicatiua de agendis sm cōmunem legem, gnomi autem sm ipsam rationē naturalem in his in quibus deficit lex communis: sicut plenius infra patebit. ¶ Ad quartu dōm, q̄ memoria intelligētia & prudētia, sīlr etiā cautio & docilitas, & alia hmōi non sunt virtutes diuerse a prudentia: sed quodāmodo cōparant ad ipsam sicut partes integrales, inquantū oīa ista requirunt ad perfectionē prudentie, sunt etiā & quedā partes subiective seu species prudētie, sicut economica regnatiua & huiusmodi, sed predicta tria sunt quasi partes potentiales prudentie: quia ordinantur sicut secundarium ad principale, & de his infra dicetur.

¶ De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus. Quest. 58.

Deinde considerādum est de vtutibus moralibus. ¶ Et primo, de distinctione earum a virtutibus intellectualibus. Secūdo, de distinctione earum ab inuicem secundum propriam materiam. Tertio, de distinctione principalium vel cardinalium ab aliis. Circa primū queruntur quinq̄. Primo, vtrum omnis virtus sit virtus moralis. Secundo, vtrum virtus moralis distinguatur ab intellectuali. Tertio, vtrum sufficiēter diuidatur virtus per intellectualem & moralē. Quarto, vtrū moralis virtus possit esse sine intellectuali. Quinto, vtrum cōuerso intellectualis virtus possit esse sine morali.

¶ Utrum omnis virtus sit moralis. Ar. 1.

Ad primū Sic procedit. Videtur q̄ oīs virtus sit moralis. Virtus enim moralis dr a more, i. cōsuetudine: sed oīm virtutū actꝰ cōsuescere possumus. ergo oīs virtus est moralis. ¶ Ꝑ. Phs dicit in. 2. ethi. q̄ vrt⁹ moralis est habitus electiuꝰ in mediocritate rōnis cōsistēs: sed oīs virtus videt esse habitꝰ electiuꝰ: q̄a actus cuiuslibet virtutis possumus ex electione facere, omnis etiā virtꝰ aliqualiter in medio rōnis cōsistit: vt infra patebit. ergo oīs virtus est moralis. ¶ Ꝑ. Tullius dicit in sua rheto. q̄ virtus est habitꝰ in modum nature rōni cōsentaneus: sed cum oīs virtꝰ humana ordinetur ad bonū hominis, oportet q̄ sit consentanea rationi: cū bonū hois sit sm rationem esse: vt Diony. dicit, ergo omnis virtus est moralis.

Sed cōtra est, q̄d phs dicit in. 1. ethi. Dicentes de moribus non dicimus, q̄m sapiēs vel intelligens, sed q̄m mitis vel sobrius, sic igitur sapientia & intellectus non sunt morales q̄ tñ sunt vtutes: sicut supra dictum est: non ergo oīs virtus est moralis.

Rñdeo Dōm, q̄d hmōi euidentiā considerare oportet quid sit mos, sic enim scire poterimus quid sit moralis virtus, mos autem duo significat. Quandoq̄ enim significat consuetudinem: sicut dr Act. 15. Nisi circūcidamini secundū morem Moysi, non poteritis salui fieri. Q̄nq̄ vero significat inclinationē quandā naturalem vel quasi naturalē ad aliq̄d agēdū, vñ & etiā brutorū animaliū dicuntur & qui mores. vñ dr. 2. Mach. 11. q̄ leonū more irruentes in hostes, pternunt eos, & sic accipitur mos in ps. vbi dr, Qui habitare facit vnī⁹ moris in domo. Et hę q̄dē due sīgnationes in nullo distinguunt apud latinos quātum ad vocem, in greco aūt distinguuntur, nā ethos quod apud nos morem signat, q̄nq̄ hz primā longam, & scribitur per i grecam literā: q̄nq̄ aūt hz primā correptā, & scribit per e. Dr autez virtus moralis a more, sm q̄ mos significat quandam inclinationez naturalem vel quasi naturalē ad aliq̄d agendū, & huic significationi moris ppinqua est alia significatio que significat cōsuetudinē: nā cōsuetudo quodāmodo vertit in naturā, & facit inclinationē simile naturali. Manifestū est aūt q̄ inclinatio ad actū proprie cōuenit appetitiue virtuti, cuius est mouere omnes potētias ad agendum: vt ex supradictis patet. & ideo non omnis virtus dr moralis: sed solū illa que est in vi appetitiua.

In articulis. 2. 3. 4. 5. eiusdem questiō. dubia duo occurrunt. Primum est de qua causa est sermo in illa propositione secundi articuli. In omni ordinata dispositione vnitas specifica sumitur ex parte causę extrinsece vel intrinsece effectiue vel formalis: non enim liquet quin potius litera affert causam materialem: puta calorem excedentem respectu febris z similia. Secundum est quo pacto priuatio originalis iustitie ponitur causa originalis peccati in. 2. artic. z in. 3. ponitur quod est formale in ipso peccato originali. ¶ Ad euidentiam horum sciēdum quod cum dispositio sit ordo habentis partes in omni inordinata dispositione plura concurrere oportet spectanda ad illa quasi partes integrales, z aliquid tanquam radicem vel totius dispositionis vel reliquarum partium: verbi gratia: in febre cholerica excessiuus calor est et quasi pars totius z radix febris inreliquis partibus corporis. Inter has autem quasi partes illa vim causę obtinet: vnde talis dispositio simpliciter ponitur in esse: z de tali causa verificatur litera: quā uis indistincte loquatur. Est nanq; huiusmodi quasi pars causa z actiue formalis in febre est. vnde litera de intrinseca vel quasi intrinseca causa propria verificat: non mali vt sic: q̄m nullus res ponitur in esse per mām: sed ex q̄ ponit in esse: q̄ est vt formalis z actiua: z non solum mā rōnē hīs diuersimode. Et sic ptz solō primi dubij sit z rōnēm ex hoc ptz q̄ priuatio originalis iustitie: q̄ est ꝑ intrinseca reditur originalis peccati: causa eius ponitur non qualitercunq; sed formalis: vt ex discursu litere patet.

¶ Super Art. 3.

In articu. 3. duo occurrunt dubia. primo quomodo se habeat inordinatio voluntatis ad peccatum originale materialiter: z ad priuationem originalis iustitie in ista nanq; nihil vī de hac exprimit: mālle. n. in pctō originali ponit pcm: q̄ in aliis viris ꝑsistere ex eo ptz q̄ ista reddit rōnē quare dicat pcm inqt, inordinatio aliarū viriū aie ptē cipue in hoc arguēdit q̄ ad bom̄ ꝑmult⁹ cōuertunt: z in qō. de malo q. 4. art. 2. ꝑpe ponit malitia ex parte formalis in pctō originali: defectus aūt aliarū viriū mālē: sed p ferā le in ista hac nō concludit inordinatio voluntatis sz priuatio iustitie originalis. Et ad illatū erat de priuatio ne iustitie originalis per q̄ voluntas subdita erat deo: z cōfirmatur hoc q̄ aliter vanus fuisset ētus labor de voluntate q̄ est cā. et si sic est: quare intulit in fine absolute, q̄ est priuatio originalis iustitie. ¶ Ad euidētiaz horū sciendū est q̄ originalis iustitia dicit tria scilicet bonum supernaturale. subiectionem mentis ad deum. rectum ordinem voluntatis z omnium potentiarum anime ad bonum. Et per oppositum priuatio iustitie originalis multipliciter potest sumi, vt priuat hoc vel illo. Et licet author alibi dixerit quod vterq; defectus voluntatis scilicet subiectionis ad deum: z dispositionis ad bonum obiectum: spectat ad formale originalis peccati. In hoc tamen loco ad defectum nullum voluntatis aut solius subiectionis ad deum posuit claudi sub formali originalis peccati: si enim discursus litere formaliter inspiciat: a pparebit quod cuz author debuisset inferre sic: ergo auersio voluntatis a deo est formale in originali peccato: quia talis auersio est directe contraria subiectioni voluntatis ad deum que erat ... sa originalis iustitie: non intulit hoc: sed intulit sic, ergo priua-

Ad primū ergo dō, q̄ pluralr dr in pec catis sm illū modū diuine scripture quo frequēter ponit pluralis numer⁹ p singulari: sic Matt. 2. defuncti sunt q̄ q̄rebant aiam pueri: vel q̄ in pctō originali virtualr ꝑexistūt oia pcta actualia sicut in quodā ꝑncipio: vñ est multiplex ꝑsture: vel q̄ i pcō primi parētis q̄ ꝑ originē traducitur fuerunt plures deformitates. s. lupbie, inobedientie, gule, z alia hmōi. vel q̄ multe z ꝑtes aie inficiunt ꝑ pctm̄ originale. ¶ Ad sm dom̄, q̄ vn⁹ habit⁹ nō pōt inclinare p se z directe. i. p ꝑpriā formā ad ꝑia: sed indirecte z per accns. s. ꝑ remotionē phibētis: sicut soluta armonia corpis mixti elemēta tēdūt in loca ꝑria: z sīl soluta armonia originalis iustitie diuerse aie potentie i diuersa ferunt. ¶ Ad tertiuz dom̄, q̄ pctm̄ originale inficit diuersas ptes aie sm q̄ sunt ptes vn⁹ tot⁹. sicut z iustitia originalis continebat oēs aie partes in vnū: z ideo est vnū tm̄ pctm̄ originale: sicut etiam est vna febris in vno homine, quāuis diuerse partes corporis grauentur.

Utrum originale peccatum sit concupiscentia. Arti. 3.

Ad tertiū sic ꝓcedit. Videtur q̄ peccatū originale nō sit cōcupiscētia: omne. n. pctm̄ est ꝯ naturā vt dicit Damas. in. 2. lib. sed cōcupiscentia est sm naturā: est enim ꝑpatus actus virtutis concupiscibilis que est potentia nālis: ergo concupiscentia nō est pctm̄ originale. ¶ ꝑ. Per peccatū originale sunt in nobis passiones pctōrum vt ptz p aplm Ro. 7. sed multe alie sunt passiones ꝑter cōcupiscentiam: vt. s. habitum est: ergo peccatum originale nō magis est cōcupiscentia q̄m aliq̄ alia passio. ¶ ꝑ. Per peccatum originale deordinant oēs aie partes: vt dictū est: sed intellectus est supiem⁹ inter anime ptes: vt ꝑz per phm in. 10. ethi. ergo peccatū originale magis est ignorantia quam concupiscentia.

Sed Contra est, q̄ aug. dicit in lib. retractationuz. Concupiscentia est reatus originalis peccati.

Rndeo Dom̄, q̄ vnūq̄q; hz spem a sua forma: dictū est autem supra: q̄ spes pcī originalis sumit ex sua cā. vñ opz q̄ id q̄ dr est formale in originali pctō accipiat ex parte cā pcī originalis: oppositoz. aūt oppositum sūt cāe: ē igit attēdēda cā originalis

rio iustitie originalis per quā voluntas subdebat deo est formale in originali pctō. Insinuans per hoc q̄ non ipsius subiectionis priuatio quā sī ḡt auersio: sed sola doni facientis illā subiectionē priuatio formale in pctō originali est: z ſm hoc nullū voluntatis defectum in formali originalis pcti claudit. Si tamē subiuncta verba quis cōsideauerit. scilz autē alia inordinatio virium aie ad materiale spectat: cōiectura fieri q̄ intēderit q̄ quedā inordinatio virium aie spectat ad formale: et omnis alia spectat ad māle. nisi esset hoc intēderit non diuisset oēs alias: z diuisset omnis inordinatio virium ꝛc. Et ſm b defect⁹ subiectiōis humane mētis precipue ſm voluntatē ad formale originalis pcti spectat. Ut mihi q̄ videtur loquimur b iustitia originali ñ b illo tm dono loquimur: sed de ipsa subiectiōe mētis ad deum q̄ per illā fit bñ b⁹ iustitia originalis consistit in subione mētis ad deū ab effectu donū illud declarantes ita cī b⁹ priuatio originalis iustitie pōt intelligi cum priuatione primi effectus et pōt ſba concordari distinguendo q̄ ad formale pcti originalis aliquid spectat p⁹: z aliquid scōario. z q̄ formale prio ē sola priuatio doni illi⁹. z subdebat mētem. et precipue voluntatē deo scōario autē etiā ipsa priuatio ipsi⁹ subiōis z q̄ ppter p̄m autor i ſba concludēdo diuertit ab auersione voluntatis ad priuationē iustitie. Et pp 2m subiūxit omnis ḡt alia inordinatio ꝛc. ex his autē facile soluuntur mota. Et ad p̄m b⁹ q̄ inordinatio voluntatis ē duplex. quedā opposita subiōi ad deū quedā recte cōuersiōi ad b⁹m. p⁹ assignatur p auersionē. 2⁹ p cōuersionē. p⁹ spectat secūdario ad formale peccati originalis absolute ſba autem spectat ad māle b⁹ hanc literam dicentē. omnis alia inordinatio virium aie z non dixit: omnis aliarum virili inordinatio. Cōstat nāq̄ q̄ prontitas voluntatis est alia inordinatio ab inordinatione auersionis, z est alicuius potentie anime ipsius. s. voluntatis. Cum hoc tñ stat q̄ prontitas hec voluntatis ad malum inter materialis peccati originalis se habeat vt formale: quia id quod se tenet ex parte actui se habet vt formale. vt dicam⁹ quod de formali z materiali peccati originalis dupliciter loqui possumus. Primo absolute z sic dicitur q̄ formale est priuatio originalis iustitie materiale est habitus compositus ex tribus (vt dictum est) ex inordinata dispositione virili anime. Secundo vt est habitus: z sic formale in eo est inordinatio voluntatis prius originali iustitia. Et sic potest verificari quod alibi dicitur ab authore.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q̄ cum totus processus litere ad hoc tendat vt formale in peccato originali sumatur ex parte cause: z causa ad mētem z voluntatem spectare precipue dicatur. Et ipsa mentis et voluntatis auersio non sit primo ipsum formale in peccato originali sed priuatio doni facientis subiectionem: consequens est vt sola priuatio iustitie originalis nō in quacunq̄ parte anime: sed in suprema que exprimitur per primum effectum. s. priuationem subiectionis voluntatis ad deum sit formale in originali peccato: priuatio autem eiusdem iustitie in reliquis subiecta ad materiale spectat cum ipsis inordinationibus priuantibus ea. si enim priuatio totius vt sic ad formale spectaret frustra ad probationem cause inuestigandā oportere recurri dictum fuisset et recurrum esset in litera vnde in litera explicatur ex causa originalis iustitie q̄ priuatio iustitie originalis per quam voluntas subdebatur deo ē formale: ly enim per quā voluntas restringitur applicando ad supremū animę. z ſm priuatio iustitie originalis in supremo animę non est eius priuatio secūdum quid: imo est priuatio principalis et totius virtualiter: quoniam ex illa sequitur totius priuatio. ideo absolute verum est q̄ priuatio originalis iustitie est formale i peccato originali: vt in calce corporis articuli concluditur.

¶ Super arti. 4.

In articulo quarto eiusdem. 92. questionis dubium est cur author qui posuit peccatum originale esse habitum, z concupiscentiam, z componi ex materiali et formali in corpore huius articuli sola duo distinguit in pctō originali: quoniam vtrūq̄ spectat ad formale nullam de aliis faciens memoriam

¶ Ad hoc breuiter dr q̄ in peccato originali sunt quedam cōmunia peccato et nature z quedaz propria ipsi peccato. cōmunia sunt inordinationes virium z anime: quoniam hec vt infra patebit ex natura aliquo mō sunt: sicut mors et infirmitas corporalis. ppria vero sunt priuatio debite subiectionis: z ratio culpe: ppter q̄s vt ex propriis peccati originalis ostenderetur ipsum non inesse inequaliter: ppria tñ distinxit author in ſba in qua ostenditur inesse tum: et communia reseruata sunt responsionibus argumentorum in quibus obiectiones soluuntur.

¶ Super. q. 83. Arti. 1.

In artic. 1. q. 83. ad. 1. aduerte q̄ peccatum originale in Adam fuit z actuale z originale formaliter: nam adam peccauit actuali auersione voluntatis a deo: z priuata est natura sua in ipso dono iustitie originalis debite sibi cum inordinatione virium ꝛc. vnde min⁹ correcte loqui vī qui peccatum originale ab Adam negat: eo q̄ in eo nō fuerit per originē. Modus. n. quo fit peccatū originale nō est de essentia. sicut nec ipsum fieri: q̄ nō consistit in fieri sicut peccatū actuale sed in esse sicut habitus. Dicendū ergo est q̄ in Adā fuit peiori modo inductum z prius: q̄ per actum proprium z in actu propio

z.di.31. q.1.ar.3

2.di.18. q.2.ā.1. ad.3. Et tura aliquo mō fuit: dist.30. q.1.ā.2. ad. 4. z di.31.q. 2.ā.1.ad 2.z.4.et q.2.ā.1. p totum. Et hi.q. 25.ā.6. co.z qō. 27.ar.6 ad.2.Et mal. qō. 4.ā.3.z 4.Et ro ma.5.l. 3.co.2. 4.5.

¶ Super artic.2m.

Ist articulo, 2. 83. questio. dubiū occurrit circa principalem conclusionez ex duplici capite, primo ex Scoto in. 3. 2. distinc. 2. Ex eo q essentia anime vt essentia non est susceptiua culpe: non igitur in ea est primo peccatum originale: secundo ex auctore: quia conclusum est in artic. 3. q. precedentis q sola priuatio originalis iustitie per quam voluntas subdebatur deo est formale in peccato originali. Et hoc nanq sequitur q peccatū originale formale aut est in sola voluntate: aut est in ea principaliter: probatur sequela: q iustitia originalis qua voluntas subdebatur deo erat aut in solavoluntate: aut in ea principaliter. Et confirmatur quia voluntas est precipuum in mente subiecta deo. Et precipuum in mente non subiecta deo: propter qđ ex parte eius sumpta est causa z formalitas peccati originalis in. q. precedente: ergo in volūtate est principaliter: et non in essentia anime. Et hec confirmatio est etiā directe obio contra rñsionē ad 8m z tertium huius articuli: z ad 8m sequentis articuli: si nāq ex parte voluntatis ē causa originalis iustitie ex peccati, non ergo primordialiter z principaliter est in essentia: nec ab essentia generationis z perfectionis ordine ad voluntatem derivatur.

¶ Ad primum horuz negaf q essentia anime vt essentia id est vt distincta contra potentias non sit capax culpe. Et declaratur hoc q anima 8m essentiaz quum sit rationalis z primuz p̄n̄m ac subm actuū moralium malorū: opz esse subm culpe immediatū mediā te. s. po[a]: ita q potentia est subm quo z alia subm qb: iuxta illō tertij de anima, de parte autem anime qua intelligit z sapit aia: z si aia esset absq̄ media potentia p̄ncipiū culpe actualis immediate esset capax culpe actualis. Tota ergo ratio quare ēntia anime nō est subiectum actualis culpe ē, quia mediante potentia illam habet: z non incapacitas eius respectu culpe. Si igitur est aliqua culpa ad quaz sola caro: ergo originale pctm̄ nō est in aia: sed in carne. ¶ p̄. Aia rōnalis creata a deo corpori infundit: si igit aia p pctm̄ originale inficeret, ꝓñs esset q ex sua creatiōe vel infusione inquinaret: z sic de⁹ esset cā pcti q est actor creationis z infusionis. ¶ p̄. Nullus sapiēs liquorē pretiosum vasi infecto infunderet: ex quo sciret ipsum liquorē ifici: sz aia rationalis est pretiosior omni liquore: si ergo anima ex corpis vnione inficī posset infectione originalis culpe, de⁹ qui ipsa sapiētia est, nunq̄ animā tali corpi infunderet: infundit aūt: nō ergo inquinat ex carne: sic igit peccatū originale nō ex in anima sed in carne.

Sed ¶ Cōtra est, q idē est subm ✠ruris z vitij sive pcti qđ ꝓprie ✠ruit: sed caro non pōt esse subm ✠ruris: dicit. n. ap̄ls ad ro. 7. Scio q non habitat in me hoc est in carne mea bonum: ergo caro non pōt esse subm originalis peccati: sed solum anima.

Rñdeo Dōm, q aliqđ pōt esse i aliq̄ dupl̄r. vno mō sic in cā vt p̄n cipali vel instrūali. alio mō sicut i subo. Pctm̄ ergo originale oim̄ horum fuit quidē in ipso adā sicut in prima cā principali: sc̄dm illud ap̄li, Ro. 5. In quo oēs peccaverūt. In semine autē corporali est pctm̄ originale sicut in cā instrumentali: eo q p virtutē actiuā seminis traducit pctm̄ originale in prolē simul cū nāturā. ¶ Sz sicut in subo pctm̄ originale nullo mō pōt esse i carne, sz solū in aia. Cuj⁹ rō est: q⁹ sicut. ŝ. dictum est: hoc mō ex volūtate primi parēntis pctm̄ originale traducit̄ i posteros p q̄dā ḡnatiuā motionē, sicut a volūtate alicuius hois deriuat peccatum actuale ad alios ptes et⁹. In q̄ q̄dē derivatione pōt attēdi q q̄cūq̄ puenit ex motione volūtatis pcti ad q̄cūq̄ ptē hois, q̄ quocūq̄ mō pōt esse pticeps pcti, vel p modum subi vel p modū instrūi, hz rōnē culpe: sicut ex volūtate gule puenit ꝓcupiscētia cibi ad cōcupiscibilē: z sumptio cibi ad manducandū os: q̄ in quātū mouent a volūtate ad peccāduz sunt instrūa pcti. Qđ vero vlter⁹ derivat ad vim nutritiuā, z ad itertia mēbra nō sunt nata moueri a volūtate, nō hz rōnē culpe. Sic igit cum aia possit esse subm culpe, quātū ad se nō habeat q sit subm culpe, q̄cq̄d peruenit de corruptiōe primi pcti ad animā habet rationē culpe: qđ aūt peruenit ad carnē nō hz rōnem culpe, sz pene: sic igitur aia est subm peccati originalis: non autem caro.

Ad Primum ergo dōm, q sicut aug. dicit in li. retractationū apostolus loquit ibi de hoīe tam redempto, q liberatus est a culpa, sed subiacet pene ratiōe cuius peccatum dī hītare in carne: vñ ex hoc nō sequit q caro sit subm culpe, sed solum pene. ¶ Ad 8m dōm, q peccatum originale cātur ex semine sicut ex cā instrūali: nō autem opz q aliquid sit principalius in cā instrūali q̄ in effectu sed solum in cā principali: z hoc mō pctm̄ originale potuit mō fuit in adā, in quo fuit 8m rōnem actualis pcti. ¶ Ad tertium dōz, q aia huius hois nō fuit 8m seminale rōnē in adā peccāte sicut in p̄ncipio effectuo, sed sicut in principio dispositiuo: eo q semē corporale, qđ ex adā traducitur: sua ✠tute nō efficit aiam rōnalez, sed ad eā disponit. ¶ Ad quartum dōm, q infectio originalis peccati nullo mō cātur a deo: sed ex solo pctō primi parentis p carnalem generationem: z tō cuz creatio importet respectum aīe ad solū deū, non pōt dici q aia ex sua creatione inquinetur. Sz infusio importat respectū z ad deuz infundentem: z ad carnē cui infundit aia: et ideo habito respectu ad deū infundentē, nō pōt dici q aia per infusionē maculet: sed solū habito respectu ad corpus cui infunditur. ¶ Ad quintū dōm, q bonū cōe prefert bono singulari: vñ deus 8m suā sapientiā nō pretermittit vsem ordinem rerum, q̄ est vt tali corpori talis anima fundat vt vitet singularis infectio huius anime presertim cum natura anime hoc habeat: vt esse nō incipiat nisi in corpore, vt in primo habituz est. Melius est autem et sic esse sc̄m naturam quam nullo modo esse: presertim cum possit per gratiam damnationem euadere.

¶ Utrum peccatum originale sit per prius in essentia anime, quam in potentijs. Articu. 2.

Ad Sc̄m sic p̄cedit. Uī q pctm̄ originale nō sit p prius in essentia aīe q̄ in potentijs: aia. n. nata est esse subm pcti q̄tū ad id q pōt a voluntate moueri: sz aia nō mouet a voluntate 8m suā essentiam: sed solū 8m potētias: ergo pctm̄ originale nō est i aia sc̄dm suam essentiā: sed solū sc̄dm potentias. ¶ p̄. Peccatum originale opponit originali iustitie: sed originalis iustitia erat in aliqua potentia anime que est subm virtutis: ergo z pctm̄ originale est magis in potentia aie quā in eius essentia. ¶ p̄. Sicut a carne pctm̄ originale deriuat ad aiam, ita ab essentia aīe deriuat ad potentias: sed pctm̄ originale magis est in anima quā in carne: ergo etiā magis est in potētijs aīe q̄ in eius essentia. ¶ p̄. Pctm̄ originale dī esse concupiscentia: vt dictum est: sed concupiscentia est in potentijs anime: ergo z peccatum originale.

Sed Cōtra est, q pctm̄ originale dī esse pctm̄ nāle: vt. ŝ. dictū est: aia aūt est forma z natura corpis 8m essentiā suam: z nō 8m potentias: vt in primo habitum est: ergo aia est subm originalis peccati principaliter sc̄dm suam essentiaz.

Rñdeo Dōm, q illud aīe est principal̄r subiectū alicuius peccati, ad qđ primo ptinet cā mortua illi⁹ pcti: sicut si cā motiua ad peccandū sit delectatio sensus q̄ pertinet ad vim cōcupiscibilē sicut obm ꝓprium eius: sequit̄: q vis cōcupiscibilis sit ꝓprium subm illius peccati. Manifestū est aūt q pctm̄ originale cāt̄ p originē: vñ illud aīe qđ primo attingit ab origine hois, est primum subm originalis peccati. Attingit aūt origo animā vt terminū ḡnationis 8m q est forma corpis: quod q̄dē cōuenit ei 8m essentiā ꝓpriā: vt in primo habitū est. vnde aīa 8m essentiam est primum subiectū originalis peccati.

Ad Primū ergo dicēdū, q sicut motio voluntatis alicuius ꝓprie puenit ad potētias aīe, nō aūt ad aīe ēntiā, ita motio volūtatis primi ḡnantis p viam ḡnationis puenit primo ad aīe essentiā: vt dictū est. ¶ Ad 8m dōm, q etiā originalis iustitia ptinebat primordialiter ad essentiā aīe erat. n. donū diuinit⁹ humane nāe: q̄ p prius respicit essentia aīe q̄ potētie pos. n. magis vñr ptiere ad psonā, in q̄tū sunt p̄ncipia psonalia actuum, vñ sunt ꝓpria subiecta peccatoꝝ actualium, q̄ sunt peccata psonalia. ¶ Ad tertium dicendum, q corpus cōparat ad animam sicut mā ad formā, q̄ etsi sit posterius ordine ḡnationis: est tñ prius ordine pfectionis z nāe: essentia aūt aīe cōparat ad potētias sicut suba ad accīntia ꝓpria: q̄ sunt posteriora suba z ordine ḡnationis z etiā pfectionis. vnde nō est similis rō. ¶ Ad quartū dōm q cōcupiscētia se habet materialiter z ex consequenti in peccato originali: vt. ŝ. dictum est.

¶ Utrum peccatum originale per prius inficiat voluntatem quam alias potentias. Articu. 3.

Ad Tertiū sic p̄cedit. Uī q pctm̄ originale nō p prius inficiat voluntatē q̄ alias potētias: oē. n. pctm̄ p̄ncipal̄r ptinet ad potētiā, p cuj⁹ actū cātur: sz pctm̄ originale cāt̄ p actum ḡnatiue potentie: q̄ inter ceteras potētias aīe vī magis ptinere ad ḡnatiuā po[a]. ¶ p̄. Pctm̄ originale p semē carnale, traducit̄: sz alie vires aīe ꝓpinquiores sunt carni q̄ volūtas: sicut pz de oībus sensitiuis q̄ vtunt̄ organo corporali: ergo in eis magis est pctm̄ originale q̄ in voluntate. ¶ p̄. Intellectus est prior volūtate: nō. n. est volūtas nisi de bono intellectuo: si ergo pctm̄ originale inficit oēs potētias aīe vī q per prius inficiat intellectum tanq̄ priorem.

Sz ¶ est, q iustitia originalis p prius respicit volūtatē: est. n. rectitudo volūtatis. vt anselm. dī i lib. de ꝯceptu ✠ginali: ergo pctm̄ originale qđ ei opponit p prius respicit volūtatē.

Rñdeo Dōm, q in infectione peccati originalis duo est considerare: primo quidem inhesitiam eius ad subm. Et 8m hoc primo respicit essentiam anime: vt dictuz est: deinde oportet cōsiderare inclinationem eius ad actum: z hoc mō respicit potentias anime: oportet ergo q illam per prius respiciat, q̄ [illegible]mam inclinationem habet ad peccādū: hec aūt est

J. ā. 3. Et. 2. 31. qđ. 8. ā. 1. q. 8. ad. 6. qone. 1. q. 2. ar. 6. 2. Et 4. ar.

J. art. 4. ad. 1. Et 2. d. 30. q. 1. ar. 3. co. 3 ad 4. Et ki. q. 25. ar. 6. co. 2. q. 27. ā. 5. ad. 2. Et mal. q. 4. ar.

non requirit meditatio potentie p seipsam subm illius esse potest q̃ culpa originalis est hmõi: qñ per originẽ q̃ nong actũ ꝓpriũ hr relinquit q̃ culpe originalis alia fm essentiam capax sit: vt in litera monstratur.

¶ Ad scõm dz q̃ voluntas nõ est causa principalis originalis iustitie aut peccati similiter: sed inter pncipes: vt patet ex rõne in ipa reddita in allegato art. q. ipsa voluntas est motiua omniũ alioꝝ in finẽ obiectorũ: sed actũ voluntas esset prima cã simplr in anima principio quoq; originalis iustitie p quam voluntas subdebatur deo que est formale in peccato originali. non ꝓuenit ad ipsã infectionẽ originalis peccati magis videtur pertinere ad illã animæ partem que prius põt eẽ subm pcti. hec aũt ẽ rõnalis ps z ꝑcipue voluntas. ergo ipsa est magis infecta q̃ pctũ originale. ¶ Ꝑ. Nulla vis animæ inficitur p culpã nisi inq̃tũ põt obedire rõni. gñatiua aũt nõ potest obedire: vt dz in. 1. eth. ergo gñatiua nõ est maxime infecta p originale pctũ. ¶ Ꝑ. Visus inter alios sensus est spũalior: z propin quior rõni inq̃tuz plures differẽtias rerum ostendit. vt dz in prio meta. sed infectio culpæ primo est in ratione. ergo visus magis est infectus q̃ tactus.

Sed ꝯ est, q̃ aug. dicit in. 14. de ciuit. dei, q̃ infectio originalis culpe maxie appet in motu genitaliũ mẽbrorũ, q̃ rõni nõ subdit: sz illa mẽbra deseruũt gñationi ꝓut ĩ omixtiõe sexuũ in q̃ est delectatio fm tactũ q̃ maxie ꝓcupiaz mouet. q̃ infectio originalis pcti maxie ptinet ad ista tria. s. potẽtiã gñatiuã, vi ꝓcupiscibilẽ z sensitiuz tactꝰ.

Rñdeo dõz, q̃ illa corruptio ꝑcipue infectio notari solet q̃ ma ẽ in aliud transferri. vñ z morbi cõtagiosi (sicut lepra z scabies z hmõi) infectiones dñr. Corruptio autẽ originalis peccati traducit per actũ gñationis: sicut. s. dictũ est. vñ potentie que ad hmõi actũ cõcurrunt maxime dicunt esse infecte, hmõi autẽ actus deseruit gñatiue inquantũ ad generationem ordinatur. habet autẽ in se delectationẽ tactus que est maximũ obiectũ cõcupiscibilis. z ideo cũ oẽs partes animæ dicãtur esse corrupte per peccatum originale specialiter tres predicte dicuntur esse corrupte z infecte.

Ad primũ Ergo dõz, q̃ pctũ originale ex eã pte qua inclinat in pctã actualia ꝑcipue ptinet ad voluntatẽ: vt dictũ est, sz ex ea parte qua traducit in prolem, ptinet ꝓpinque ad potẽtias predictas, ad voluntatẽ autẽ remote. ¶ Ad fm dõm, q̃ infecto actualis culpæ non pertinet nisi ad potentias q̃ mouent a voluntate peccantis: sed infectio originalis culpæ nõ deriuatur a voluntate eius q̃ ipsum cõtrahit: sz p originẽ nãe cui deseruit potentia gñatiua: z ideo in ea est infectio originalis pcti. ¶ Ad tertiũ dõm, q̃ visus nõ ptinet ad actũ gñationis nisi fm dispõnẽ remotaz: prout. s. per visum apparet species cõcupiscibilis: sz delectatio pficit in tactu: z ideo talis infectio magis attribuitur tactui q̃ visui.

¶ De causa peccati secundum q̃ vnum peccatum est causa alterius. Questio. 84

Deinde Cõsiderandum est de cã peccati fm q̃ vnuz peccatũ est cã alterius. ¶ Et circa hoc q̃runt ꝓtuor. Primo vtrũ cupiditas sit radix oĩum peccatoꝝ. Scõo vtrum supbia sit initiũ omnis peccati. Tertio vtrũ pter superbiam z auaritiam debeant dici capitalia vitia aliqua spãlia peccata. Quarto quot et que sint capitalia vitia.

¶ Utrum cupiditas sit radix omnium peccatorum. Articu. 1.

Ad primũ sic pcedit. Vr q̃ cupiditas nõ sit radix oĩum peccatorũ. cupiditas. n. q̃ est immoderatus appetitus diuitiarũ opponitur virtuti liberalitatis: sz liberalitas nõ est radix oĩum vtutũ. ergo cupiditas nõ est radix oĩum pctõrũ. ¶ Ꝑ. Appetitꝰ eoꝝ q̃ sunt ad fiñẽ pcedit ex appetitu finis: sed diuitie q̃rũ appetitꝰ est cupiditas nõ appetunt nisi vt vtiles ad aliquẽ finẽ: sicut dr in primo eth. ergo cupiditas nõ est radix omnis peccati: sed pcedit ex alia priori radice. ¶ Ꝑ. Frequẽter inuenit q̃ auaritia q̃ cupiditas nominatur ozit ex alijs pctis: puta cuz quis appetit pecuniã ꝓpter ambitionez vel vt satisfaciat gule: non ergo est radix omniũ peccatorum.

Sz Cõtra est, q̃ dicit ap̃s. 1. ad thi. vlt. radix oĩum malorum est cupiditas.

Rñdeo dõm, q̃ fm quosdam cupiditas tripl̃r dr. Uno mõ prout est appetitꝰ inordinatꝰ diuitiaꝝ: z sic est spãle pctũ. Alio mõ fm q̃ significat inordinatum appetitũ cuiuscũq; boni tpalis: z sic est genꝰ oĩs pcti. nam in omni pctõ est inordinata cõuersio ad cõmutabile bonũ: vt dcm est. Tertio mõ sumit̃ put signat quandã inclinationẽ nãe corrupte ad bona corruptibilia inordinate appetẽda: z sic dñt cupiditatẽ esse radicẽ oĩum pctõrũ ad similitudinem radicis arboris q̃ ex terra trahit alimẽtũ: sic n. ex amore rerũ tpaliũ omne pctũ pcedit. Et hec q̃dẽ q̃uis vera sint nõ tñ vr esse fm intẽtionẽ apl̃i: q̃ dixit cupiditatem esse radicẽ oĩum pctõrũ: manifeste. n. ibi loquitur cõtra eos q̃ cũ velint diuites fieri incidũt in tentationes: z in laqueũ diaboli, eo q̃ radix oĩum malorꝝ est cupiditas. vñ manifestũ est q̃ loquit de cupiditate fm q̃ est appetitus inordinatꝰ diuitiarũ: z fm hoc dõm est q̃ cupiditas fm q̃ est spãle pctũ dr radix oĩum pctõrũ ad sikitudinẽ radicis arboris, q̃ alimẽtũ ꝓstat toti arbori. Uidemus. n. q̃ ꝓ diuitias hõ acq̃rit facilitatẽ ꝓpter q̃ dr Eccle. 10. Pecunie obediũt oĩa. ¶ Et fm hoc ptz q̃ cupiditas diuitiarũ est radix omniũ peccatorum.

Ad primũ ergo dõm, q̃ nõ ab eodem oritur virtus z pctũ. oritur enim peccatum ex appetitu commutabilis boni, z hõ appetitus illius boni qõ iuuat ad ꝓfida omnia tpalia bona radix peccatorũ dr, ꝗrus autez oritur ex appetitu incõmutabilis boni, z ideo charitas que est amor dei ponit radix virtutum: fm illud eph. 3. In charitate radicati z fundati. ¶ Ad scõm dõm, q̃ appetitus pecuniarum dr esse radix peccatorũ, nõ quidẽ q̃ diuitie ꝓpter se q̃rant tanquã vltimus finis: sz q̃ multũ q̃runt vt vtiles ad oẽm tpalem finẽ, z q̃ vle bonũ est appetibilius q̃ aliq̃d particulare bonum, ideo magis mouet appetitu quam quedam bona singularia

f. 3. 2. c. fi. 2. ar. 5 ad. 1. et ar. 4. ad 4. Et 22ᵉ. q. 119. ã. 2. ad. 1. Et mal. q. 8. ã. 1. ad. 1. z q. 13. ar. 1. ad. 5. 1. co. 11. lect. 4. co. 1. fin. Et 1. eth. 6. co. 6.

ter partes animæ mouendo ad actum: si tamen in ipso supremo voluntas ad essentiaz comparetur inferiorin ueniũt.

¶ De tertio et quarto articulis eiusdem questionis nihil hunc necessario scribendũ occurrit.

¶ Super q. 84. ar. 1.

In articulo primo qõ. 84. dubium occurrit ex dirando in secundo sen. distin. 42. quia aut sermo est formalis aut materialis. si formalis: falsus est: quia cupiditas est inordinatus amor habendi pecunias ad retinẽdum nõ ad expendendum. Constat autem q̃ pecunia non vt retinenda, sed vt expendenda est cui obedit omnia. ergo cupiditas non est radix omniũ malorum vt est spãle peccatum: imo ex hoc sequitur q̃ cupiditas impediat multa mala: quia contrariatur destructioni pecunie, vñ multa mala oriuntur: vnde z auaros videmus a multis malis abstinere ne expendant. Si materialis, tũc ab arte recediturt z quia sensus esset: q̃ materia cupiditatis. i. pecunia est radix omnium malorum: pari vel maiori ratione posset dici q̃ prodigalitas est radix omnium malorum.

¶ Ad hoc dicit quod sermo est formalis: pecunia nanq; est materia non solum vitiosi sed virtutum. Et propterea non est vituperanda hoc cognomine vt sit radix omniuz malorum: sed inordinatus amor habendi eam que cupiditas vocatur (cum sit quodam malum quod nõ potest esse via ad bonum: dicente Apostolo non sunt facienda mala vt ueniat bonum) radix omnium malorũ est metaphorice: quia velut eos corporis seu arboris vitiorum est per quod alimentum suscipiunt scilicet pecuniam sub mala intentione: ita quod sicut habens pecuniam habet pabulum omnium desideriorum: quia pecunia vtimur quasi fideiussore ad omnia secundum Aristotelem tertio ethicorum ita inordinate volens eam habere: vult ex ipsa sua inordinatione habere pabulũ omnium vitiorũ: manifeste namque patet discurrendo

q̄ ipm inordinate habere pecunias: z superbie, z inani gloie, z luxurie, z gule, ire, z inuidie, et accidie, z suo contrario .s. prodigalitati fomētum prestat. Cum autem dicitur q̄ pecunie non sit retinēde sed distrahende, rñdetur q̄ retentionē z distractionem precedit habere: z nihil horum est propriū cupidi nisi habere. nam cupidus non semper vult habere vt retineat: sed quādoq; vt det vt pareat in mole congregantibus: vt soluat militibus vel meretricibus ꝛc. vnde nō

22ª, q. est iudicanda cupiditas ex retentione: vt ar. 2ª2æ. 5 gumentū credidit: sed ad. 1, et ex possessionis inordinā. 7. ad ratione que licet hoc 2. Et. 2. vel illo ordinetur ad dist. 42. virandum multa mala q. 12. ā. 1. ita: vt experientia do. ad. 7. et ex quibusdā iuris 40. 17. illud ecclesiasti. homo q. 2. ā. 1. cuius deus ꝛc. ꝟtum q. 1. co. ih est ex se: apta nata Et ro. 1. est nutrire omnia ma le. 8. co. la. z propterea dicta ē 4. fi. 2. c. radix omnium malor. 7. lec. 2. ꝟm se. quō autem cupi co. 2. Et ditas sit vitium capi 2. co. 11. tale alia questio est: z le. 4. co. ex fine pensabitur. 2. fin.

¶ Super Articulum secundum.

Iſt arti. 2. 2. 84. 4. q. dubium occurrit ex dicendo conueniente cum Scoto in 6. dist. secundi ad primum in hoc q̄ superbia *initium omnis peccati* nō est ſpeciale peccatum: vt littera dicit. Sed de Scoto in prima parte cum de peccato angelorum esset questio: sermo habitꝰ est. Hanc dicendi modum z contra questionem et contra responsionem ad. 3. qua dicitur q̄ ad idem pertinet q̄ ponatur initiū omnis peccati superbia. z amor proprius ih. 2. sentē. distin. 10. contra questionem arguit: quia nec appetitus turpium delectationum z nec fuga inimicorum in rebus bellicis ex superbia oriri probatur: quia ex superbia illa sola oriuntur vitia que circa p̄monēsia vel impedientia propriam excellentiam sunt: neutrū horum est hmōi. ergo.

¶ Contra responsionem vero ad tertium arguit: q̄ inordinatus amor sui z inordinatus amor propie excellentie se habent vt magis commune z minus cōmune: vt patet. et ille vtpote communissimus est initiū omnis peccati: iste vt

q̄ simul cū multis aliis p pecuniā hꝫ pñt.

¶ Ad. 3. dom, q̄ sicut in rebꝰ nālibꝰ nō queritur q̄d ſp fiat, sed q̄d i plꝰ accidit (eo q̄ nā corruptibiliū rerū impediri pōt, vt nō ſp eodē mō operet: ita etiā in moralibꝰ ꝓsiderat q̄ vt in plꝰ est, nō aūt q̄ semp est. eo q̄ voluntas

radix oīm malorū quin interdū aliq̄ aliud malum sit radix eius: sed q̄ ex ipsa frequentius alia mala oriuntur ratione predicta.

¶ Utrū superbia sit initiū oīs pcti. Art. 2.

Ad Scdm sic pceditur. Videtur q̄ superbia nō sit initiū oīs peccati. radix em̄ est quoddam principium arboris, z ita vt idem esse radix z initiū pcti: sed cupiditas est radix oīs peccati vt dictū est: ergo ipsa etiā est initiū oīs pcti: nō aūt superbia. ¶ p. Eccl. 10. 01 Initium superbie hois est apostatare a deo, sed apostasia a deo est quoddā pctm̄. ergo aliq̄d pctm̄ est initiū superbie. ergo: ipsa nō est initiū oīs pcti. ¶ p. Illud videt esse initiū oīs pcti, q̄ facit oīa pcta, sed hoc est inordinatꝰ amor sui, q̄ facit ciuitatē babylonis, vt aug. dicit in. 14. de ciu. dei. ergo amor sui est initium oīs pcti. non autem superbia.

Sed Cōtra est, q̄ 01 Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia.

Rñdeo Dom, q̄ q̄dā dñt superbiam dici tripliciter. Uno mō ꝟm q̄ superbia significat inordinatū appetitus ꝓprie excellētie. z sic est ſpāle peccatū. Alio mō ꝟm importat quendā actualē contemptū dei q̄tū ad hunc effectū q̄ est non subdi eius precepto. z sic dñt q̄ est gñale pctm̄. tertio mō ꝟm q̄ importat quandā inclinationem ad hmōi cōtemptus ex corruptiōe nāe. z sic dñt q̄ est initiū oīs peccati. Et differt a cupiditate: q̄ cupiditas respicit peccatū ex parte conuersionis ad bonū commutabile ex quo pctm̄ quodāmō nutrit z fouet: z pp. hoc cupiditas 01 radix. sed superbia respicit pctm̄ ex parte auersionis a deo: cuius precepto hō subdi recusat. z ideo vocatur initiū: q̄ ex parte auersionis incipit ro mali. Et hec quidē q̄uis vera sint, tamen nō sūt ꝟm intentionem sapientis: qui dicit, superbie oīs pcti est superbia: manifeste em̄ loquitur de superbia: ꝟm q̄ est inordinatus appetitus ꝓprie excellentie. vt ptz per hoc q̄ subdit, Sedes ducum superborū destruxit deus. z de hac mā loquit ibi fere in toto capitulo. Et ideo dicēdū est q̄ superbia etiam ꝟm q̄ est ſpāle pctm̄ est initiū omnis peccati. Considerandū est. n. q̄ in actibus volūtarijs cuiusmodi sunt pcta duplex ordo inuenitur. s. intentionis z executionis. In primo quidem ordine hz rōnē principij z finis: vt supra multoties dctm̄ est. Finis aūt in oīb⁹ bonis tpalibus acq̄rēdis ē vt hō p illa q̄ndā pfectionē singlez z excellētiā hēat. z iō ex hac pte superbia q̄ est appetitꝰ excellētie ponit initiū oīs pcti. Sz ex pte executionis est primū id q̄ debet opportunitatē adimplēdi oīa deseruientia pcti q̄ hz rōnē radicis scz diuitie. z ideo ex hac pte auaritia ponitur esse radix oīum malorū: vt dictū ē. ſ Ex hoc patz rñsio ad pmū.

Ad Secundū dom, q̄ apostatare a deo 01 esse initiū superbie ex parte auersionis. ex hoc em̄ q̄ hō nō vult subdi deo: sequitur q̄ inordinate velit ꝓpriā excellentiā in rebꝰ tpalibꝰ. z sic apostasia a deo non sumitur ibi quasi ſpāle pctm̄, sed magis vt q̄dā cōditio gñalis oīs pcti, q̄ est auersio ab incōmutabili bono. Vel pt dici q̄ apostatare a deo 01 esse initiū superbie q̄ est ꝑma superbie ſpēs: ad superbiam. n. ptinet cuiꝰ superiori nolle subiici z precipue nolle subdi deo: ex quo cōtingit q̄ hō supra seipsum indebite extollat q̄tum ad alias superbie species. ¶ Ad tertiū dom, q̄ in hoc hō se amat q̄ sui excellētiā vult: idem. n. est se amare q̄ sibi velle bonū: vnde ad idē ptinet q̄ ponatur initiuz omnis peccati superbia vel amor proprius.

¶ Utrum preter superbiā z auaritiam sint alia pcā ſpālia q̄ dicī dēant capitalia. Ar. 3.

Ad Tertiū sic pceditur. Uꝺ q̄ preter superbiā z auaritiā nō sint q̄dā alia pcā ſpālia q̄ dicanꝰ capitalia: ita. n. se vt habere caput ad animalia sicut radix ad plātas: vt 01 in. 2. de aia: nā radices sunt oī similes. si igit cupiditas 01 radix oīm malorū: vꝺ q̄ ipsa sola debeat dici vitiū capitale, z nullū aliud pctm̄.

¶ p. Caput hz quendā ordinē ad alia membra inquantū a capite in oīa mēbra diffunditur quodāmō sensus z motus: sed pctm̄ 01 p priuationē ordinis: ergo pctm̄ nō hz rōnē capitis: z ita nō debent poni aliq̄ capitalia peccata. ¶ p. Capitalia crimina dicūt q̄ capite plectūtur: sz tali pena puniunt q̄dā pcā in singulis generibus, ergo vitia capitalia nō sunt aliqua determinata secūdum speciem.

Sed Contra est, quod Greg. 31. moral'. enumerat quedam specialia vitia que dicit esse capitalia.

Rñdeo Dom, q̄ capitale dꝺ a capite. caput aūt ꝓprie q̄dē ē q̄dā membrū aialis: q̄ est principiū z directiuuz totius aialis: vñ metaphorice oē principiuz caput vocat z etiā hoies q̄ alios dirigūt z gubernant capita aliorum esse dīr. Dꝺ ergo vitium capitale vno mō a capite proprie dicto. z ꝟm hoc pctm̄ capitale dꝺ pctm̄ q̄ō capitis pena punitur: sed sic nūc nō intendimus de capitalibus pcīs: sed ꝟm q̄ alio mō dꝺ peccatū capitale, prout metaphorice signat ꝑn^m: vel directiuū aliorum. Et sic dꝺ vitium capitale ex q̄ alia vitia oriunt: z ꝓcipue ꝟm originē cause final' q̄ est formal' origo: vt. s. dctm̄ est: z iō vitiū capitale nō solū est ꝑn^m aliorū: sed etiā est directiuū, z q̄dāmō ductiuū aliorū. Semp. n. ars vel hītus ad quē ptinet finis principal' z imperat circa ea que sunt ad finem. Unde gre. 31. moral'. hmōi vitia capitalia ducibus exercituuz comparat.

Ad Primū ergo dom, q̄ capitale dꝺ denominatiue a capite: q̄ quidē est p quādā derivationem vel ptīcipationē capitis: sicut hīs aliq̄ ꝓprietatem capitis: z nō sicut simpliciter caput. Et ideo capitalia vitia dīr nō solū illa q̄ hūt rōnē prime originis: sicut auaritia q̄ dꝺ radix: z superbia q̄ dꝺ initiū: sed etiā illa q̄ hūt rōnem originis ꝓpinque respectu plūrium pcōrum. ¶ Ad ꝟm dom, q̄ pctm̄ caret ordine ex pte auersionis: ex hac em̄ pte hz rōnē mali: malum aūt ꝟm aug. in li. de nā boni est priuatio modi speciei z ordinis: sed ex pte cōuersionis respicit q̄dā bonum: z ideo ex hac parte dicit hꝺe ordinem.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ illa ratio procedit de capitali peccato secundum q̄ dicitur a reatu pene: sic autem hic non loquimur.

¶ Utrum conuenienter dicātur septem vitia capitalia. Articu. 4.

Ad Quartū sic pceditur. Uꝺ q̄ non sit dicendum septē esse vitia capitalia: que sunt inanis gloria, inuidia, ira, auaritia, tristitia, gula, luxuria. pctā enim virtutibus opp^{unt}: virtutes aūt principales

pote particularis non: nem ex eodem fundamento hꝺe respondendum est ex hoc scīz q̄ superbia initiū omnis peccati 01 ꝟm ordinez intentionis: ex parte scīz finis: q̄ obiectum 1.ar.4 finis omniuz locis bonorum communitabilium ad que alia vitia conuertuntur. Ex hoc nanq̄ dicitur primo quod inter pericula z timiditas oriuntur ex superbia: z q̄ tam bonum delectabile ad quod conuertitur intemperatus ꝯ bonuz euasionis ad quod cōuertitur timidus quū naturaliter sit apparere vt conferens ad propriā excellentiam. Dicitur secundo q̄ licet totum z pars non sint idem equiualent tamen quo ad aliquid, totum et prima pars virtualiter existēs ad reliquas vt patet de toto corpore z corde respectu membrorum: ac per hoc amor sui vt totum, z amor propie excellentie vt prima pars quia est respectu finis ceterorum recte ponitur initium omnis peccati ex eadem parte. Et vnuz inferre reliquuz absq; vllo sophismate. In litera tamen nec identitas nec cōuertibilitas habetur sed solū quod ad idem pertinet quia ꝟm est pars primi: si tamen diceretur: recte diceretur vt ostensum est. Et hinc habere potes q̄ in prima parte dictum est q̄ primum bonum concupituz est propria excellētia tanquā ceterorum finis ac per hoc primum peccatum est superbia: vnde que proposituz primo est: eritis sicut dñi. Et per hec patet solutio obiectorum omniū: que superius a me ꝯ breuissime ponit racta fuere. Que an sufficiēter a me soluta fuerint lectoris iudicio relinquat: qui si recte omnia pensitaverit: profecto videbit me nihil q̄ ad materiam attinet necessarium indiscussum reliquisse: ideo amplius circa illā materiam non insistam. 2.d.42. q.2.ā.3.

¶ Super ar. 3. 2. 4. q. 2. ā. 3. Et mal. 4. eiusdem. 48. q. 8. ā. 2.

Iſt articulis. 3. 2. 4. questio nil aliud occurrit scribendum nisi reddere te attentum quod

sunt quatuor: vt. S. dicit̃ est, & 7 vitia principalia siue capitalia nō sunt nisi q̃tuor. ℂ Ꝑ. Passiones aie principales sunt q̃tuor de quarū duabus nulla fit mētio inter p̃dicta pcta. s. de spe 7 timore. enumerant aūt alia q̃ vitia ad q̃ ptinet delectatio 7 tristitia: mā delectatio ptinet ad gulā 7 luxuriā, tristitia vero ad accidiā 7 inuidiā ergo incōuenienter enumerant principalia pcta. ℂ Ꝑ. Ira non est principalis passio. nō ḡ debuit poni inter principalia vitia. ℂ Ꝑ. Sicut cupiditas siue auaritia est radix pcti, ita supbia est pcti initiū: vt supra dictū est, sed auaritia ponit vnū de septē vitiis capitalib⁹. ergo supbia iter vitia capitalia enumerāda eēt. ℂ Ꝑ. Quedā pcta ꝓmittunt q̃ ex nullo horū causari ꝑt: sicut cū aliquis errat ex ignorātia, vel cū aliquis ex aliqua bona intentione cōmittit aliq̃ pctm. puta cū aliquis furatur vt det eleemosynā. ergo insufficienter capitalia vitia enumerantur.

Sed in cōtrariū Est auctoritas Greg. sic enumerantis. 31. moralium.

Rñdeo Dicēdū, q̃ sicut dictū est, vitia capitalia dr̃ ex q̃bus alia oriunt, ꝑcipue ex fine. Hic enim modus originis sub arte cadere ꝑt. Sciēdum hoc ergo illa vitia capitalia dr̃ quorū fines hr̃ quasdā primarias rōnes mouendi appetitū, 7 ex harum rōnū distinctione distinguunt capitalia vitia. Mouet aūt aliquid appetitū dupl̃r. Uno mō directe 7 p se. 7 hoc mō bonū mouet appetitū ad ꝓsequendum, malū aūt ex eadē rationem ad fugiendū, alio mō indirecte 7 quasi p aliud: sicut aliquis aliq̃ malū ꝓsequit̃ pp aliq̃ bonū adiunctum, vel aliquod bonū fugit pp aliq̃ malū adiunctū. Bonū aūt hois ē triplex. est em̃ ꝓmo q̃dā ꝓfectio. n. ā felicitas ē ꝓfectū bonū. ad q̃ ptinet excellētia vl claritas q̃s appetit supba vl inanis gl̄ia. Scḋo de rōne el⁹ ē sufficiētia q̃s appetit auaritia i diuitijs eā ꝓmittēt⁹. Tertio est de cōdōne el⁹ delectatio sine q̃ felicitas eē nō ꝓt. vt i. i. 7. 10. eth. 7 hāc appetūt gula 7 luxuria. Uel aliq̃s bonū fugiat pp aliq̃ malū ꝓiūctū, hoc ptingit dupl̃r: qr aut hō ē respectu boni ppij. 7 sic ē accidia, q̃ tristat̃ de bono spūali pp laborē corporalē adiunctū. Aut ē de bono alieno. 7 hoc si sit sine iusta rectione ptinet ad iuuidiā, q̃ tristat̃ de bono alieno iḡtū ē ipeditiuū ꝓprie excellētie. Aut ē cū quadā insurrectione ad vindictā. 7 sic ē ira. Et ad eadē etiā vitia ptinet ꝓsecutio mali oppositi.

Ad Primum ergo dicendū, q̃ nō est eadē ratio originis in virtutibus 7 vitijs. nā virtutes causantur per ordinem appetitus ad rōnem, vel etiā ad bonū incōmutabile, qđ est deus, vitia aūt oriunt̃ ex appetitu boni cōmutabilis. vnde nō opz q̃ principalia vitia opponātur principalibus v̄tutibus.

ℂ Ad 2m dicendū, q̃ timor 7 spes sunt passiones irascibilis: oēs aūt passiones irascibilis oriunt̃ ex passionibus cōcupiscibilis que etiā oēs ordinant̃ quodāmō ad delectationē 7 tristitiā, 7 ideo delectatio 7 tristitia principaliter cōnumerāt̃ in peccatis capitalibus tanq̃ principalissime passiones: vt. S. habitum est. ℂ Ad tertiū dicendū q̃ ira hz non sit principalis passio: qr tū hz spālem rōnem appetitui motus (put aliquis impugnat bonum alterius sub rōne honestī, i. iusti vindicatiui) ideo distinguit̃ ab alijs capitalibus vitijs. ℂ Ad quartū dr̃, q̃ superbia dr̃ esse initiū oīs oīs pcti 2m rōnē finis: vt dictū ē. 7 2m eandē rōnē accipit̃ principalitas vitiorū capitaliū. 7 iō supbia nō quasi vle vitiū cōnumerat̃ alijs: hz magis ponit̃ velut regina quedā oīm vitiorū: sicut Greg. dicit. auaritia aūt dr̃ radix 2m aliā rōnē: sicut. S. dictū est. ℂ Ad quintū dicendū, q̃ ista vitia dr̃ capitalia, qr ex eis vt frequētius alia oriuntur. vū nihil ꝓhibet aliq̃ peccata interdū ex alijs cāis oriri. Pōtest̃ dici q̃ oia peccata q̃ ex ignorātia ꝓueniūt, ꝑt reduci ad accidiā: ad quā ptinet negligētia q̃ aliqs recte sat bona spūalia acq̃rere pp laborē. ignorantia. n. q̃ pōt esse cā peccati ex negligētia ꝓuenit: vt. S. dictū est. q̃ aūt aliquis cōmittat aliq̃d peccatū ex bona intētione vt ad ignorantiam pertinere inquantum. s. ignorat q̃ non sunt facienda mala, vt veritāt bona.

ℂ De effectibus peccati. Questio. 85.

Deinde Cōsiderandum est de effectib⁹ peccati. ℂ Et primo quidem de corruptione boni nature. Secundo de malitia animē. Tertio de reatu pene. ℂ Circa primum queruntur sex. Primo vtrum bonū nature diminuatur per peccatū. Secundo vtrum totaliter tolli possit. Tertio de quatuor vulneribus que Beda ponit quib⁹ natura humana vulnerata est ꝓpter peccatū. Quarto vtrum p̃uatio modi speciei 7 ordinis sint effect⁹ pcti. Quinto vtrū mors 7 alij defect⁹ corporales sint effectus peccati. Sexto vtrū sint aliquomō homini naturales.

ℂ Utrum peccatum diminuat bonum nature. Articu. I.

Ad primum sic procedit. Uidet̃ q̃ peccatum nō diminuat bonum nature: pctm̃ n. hois nō est grauius q̃ pctm̃ demonis: sed bona nālia in demonib⁹ manēt integra post pctm̃: vt Dio. di. 4. de di. no. ergo pctm̃ etiā bonū nature hūane nō diminuit. ℂ Ꝑ. Transmutato posteriori nō trāsmutat̃ prius: manet em̃ suba eadē trāsmutatis accīdentibus: sed nā p̃cessit actionē volūtarie: ergo facta deordinatiōe circa actionē volūtariā per pctm̃ nō transmutat̃ pp hoc natura, ita q̃ bonū nature diminuat̃. ℂ Ꝑ. Pctm̃ est actus quidā diminutus autem est passio: nullū aūt agēs ex hoc ipso q̃ agit patit̃: pōt autē cōtingere q̃ in vnū agat 7 ab alio patiat̃: ergo ille qui peccat per pctm̃ nō diminuit bonū sue nāe. ℂ Ꝑ. Nullū accidēs agit in suū subm: qr q̄ patit̃ est potētia ens: q̄ aūt subijcit̃ accīdi, tam est actu ens 2z accīs illud: sed pctm̃ est in bono nāe sicut accīs in subo: ergo pctm̃ non diminuit bonum nature: diminuere enim quoddam agere est.

Sz Cōtra, est q̃ sicut dicitur luc. 10. Iht̃ descendens a hierl̃m in hiericō. i. in defectum peccati expoliatur gratuitis: 7 vulneratur in naturalibus: vt Beda exponit; ergo peccatum diminuit bonum nature.

Rñdeo Dicēdū, q̃ bonū nāe humane potest̃ tripl̃r dici. Primo ipsa principia nāe ex quibus ipsa nā constituit̃: 7 ꝓprietates ex his cāte: sicut potētie aie: 7 alia hmōi. Scḋo qr hō a nā hz inclinationem ad v̄tutē (vt. S. habitū est) ipsa inclinatio ad v̄tutē est q̃dā bonū nāe. Tertio mō pōt dici bonū nāe bonū originalis iust̃e: q̃ fuit in primo hoīe collatū toti humane nāe. Primū igit bonū nāe, nec tollit̃ nec diminuit̃ p pctm̃. Tertiū scḋo bonū nāe totaliter est ablatū per pctm̃ primi parētis. Sed me⁹ bonū nāe. s. ipsa nālis inclinatio ad v̄tutē diminuit̃ per pctm̃: p actus em̃ hūanos fit q̃dā inclinatio ad sibi⁊ act⁹: vt. S. habitū est: oportet aūt q̃ ex hoc q̃ aliquid inclinatur ad vnū contrariorū: diminuat̃ inclinatio et⁹ ad aliud: vñ cū pctm̃ sit ⁊riū v̄tuti ex hoc ipso q̃ hō peccat, diminuit̃ bonū nāe: qđ ē iclinatio ad v̄tutē.

Ad primū Ergo dr̃, q̃ dicto. loquitur de bono primo nāe qđ est esse viuere 7 intelligere: vt ꝑz eius ꝓba intuēti. ℂ Ad 2m dr̃: q̃ nā etsi sit prior q̃ volūtarie actio: tū habet inclinationē ad

aliud est loqui de sufficientia vitiorum absolute, et aliud de sufficientia vitiorum capitalium: hoc enim hic queritur non illud. Et vt in responsione ad quintum in litera dicitur non oportet hanc capitalium sufficientiā sic intelligere, quin aliquod peccatum possit a nullo horum oriri: sed quia frequentius ex aliquo horū oritur.

ℂ Super. q. 85. art. 1.

In primo articulo quest. 85. nota glosam authoritatis Dionysij, quomodo naturalia maneant integra, in responsione ad primum 7 intuere responsionem ad tertium, declarata 7 in responsione ad quartū: vt radices philosophie perspicias et alitius contemperies vnde in anima generantur habitus. Et potes intelligere quod dicitur in responsione ad tertium q̃ actio voluntaria procedit ex diuersis potētijs: vel potētias anime: qr actio volūtatis procedit ab intellectu 7 voluntate: 7 intellectus procedit ab intellectu agente 7 possibili: vel potentias quecunq̃ sint ille puta obiecti actiuum: et subiecti passiuum vterq̃ enim sensus in calce responsionis ad quartum ponitur dum dicitur secundum q̃ obiectum agit in potētiaz, 7 vna potētia in alia.

1. q. 48. artic. 4. Et. 2. di. 3. q. 4. a. 1. ad. 5. 2. q. 4. a. 1. ad. 3. 2 di. 30. 1. arti. 1. ad. 2. Et. 3. di. 20. ar. 1. q. 1. ad. 2. Et. 3. q. 3. a. 1. Et. 1. q. 2. art. 11.

¶ Super Articulum secundum.

In articulo secūdo eiusdē. q. 55. preter multis argumentis Scoti in. 35. distin. secundi: qr afferuntur ad probandum qō nihil subtrahatur nāe, qō author concedit: et ipse Scotus ibidem tractans vulnera peccati concedit habilitatem ad rectū vsum minui per pctm. Solus Durandi in. 54. dist. scūdi obiectiones occurrunt directe impugnantis hanc doctrinam: qr per nihil non inherens subiecto augetur habilitas subi. ergo nec minuit. Antecedens dupliciter declaratur. Primo quia augef p intrōnē alicuius in eo. Scōo ad p positum: qr inclinatio ad bonum z opus est duplex. remota que est in pmis principijs: z hec nec tollitur nec minuitur. et propinqua que est in habitibus: z hec tollitur z augef et minuitur intensione z remissione. ¶ Ad hoc faciliter dr qd iste voluit esse ccō expresse nāe author distinxit habilitatem ex parte subiecti quet ex parte termini: z dixit qd ex parte subiecti non minuitur: sed ex parte termini. Obiectiones autem istius sunt ex parte subiecti. ex hac enim parte verum est nō intendi aliquid qō non est in eo: sed attingentiam ad terminū constat minui ex appositione impedimētoū extra: z augeri ex remotione eorundē. Et ad hoc optime deseruit exemplum de diaphano z de obstaculis appositis. Et hoc modo habilitas anime ex sinderesi diminuitur in infinitum: et tamen ipsa sinderesis nec tollitur nec minuitur.

¶ Super arti. 3.

In articu. 3. eiusdem. 85. questi. dubium occurrit circa vulnera humana quo ad duo. Primo quomodo vulnera ista cōsistant in destitutione virtutum anime a proprio ordine naturali ad virtutem: quia in articulis immediate precedentibus dictum est qd peccatū nullum naturę bonum tollit: sed minuit tm habilitatez per appositionem. hec enim sibi nuicem aduersantur tollere ordinem naturalem potētie ad bonum. et nihil tollere: sed impedimētum apponere. Secundo quomodo ordo

q. 95. ar. 6. ad 2. Et. 1. q. 48. 3. 4. Et. 2. dis. 6. ar. 4. ad. 3. z di. 34. ar. 1. Et 3. 7. ca. 12. Et mal. q. 2. art. 12. Et. 5. 7. c. 118.

q. 2. ar. 11. ō 6 Et qa. 1ec. 7.

q. ā. sc Et mal.

Sed Contra est, q̃ dr deut. 18. Tu autem a dño deo tuo aliter institutus es. ex quo potest accipi q̃ huiusmodi obseruantie sunt institute a deo ad quãdã specialẽ illius populi prerogatiuam. non ergo sunt irrationabiles aut sine causa.

Rñdeo dicẽdum, q̃ pplis iudeor̃ (vt. s. dictũ est) spãlr erat deputat⁹ ad cultũ diuinũ, et inter eos spãlr sacerdotes. et sicut alie res q̃ applicant ad cultũ diuinũ aliquaz spãlitatẽ dñt hr̃e qđ ptineat ad honorificentiã diuini cultus, ita etiã et in cõuersatione illi⁹ pplr z ꝓcipue sacerdotũ debuerũt esse alĩ q̃ spãlia cõgruentia ad cultũ diuinũ, vel spãlẽ vel corpalẽ. Cultr̃ añt legis figurabat mysteriũ chr̃i. vñ oĩa eorum gesta figurabãt ea q̃ ad chr̃m ptinẽt: sz illud. 1. ad cor. 10. Oĩa in figurã ptingebãt illis. z iõ rõnes harũ obseruãtiarũ dupliciter assignari pñt. Uno modo ꝑm cõgruentiã ad diuinum cultum. Alio modo ꝑm q̃ figurãt aliq̃d circa chr̃ianor̃ vitam.

Ad Primũ ergo dñm, q̃ sicut. s. dictum est, duplex pollutio vel immunditia obseruabat in lege. Una quidez culpe: p quã polluebatur aĩa. alia autem corruptionis cuiusdam per quã quodãmodo inquinat corpus. Loquẽdo igitur de prima immũditia nulla genera ciborũ immũda sunt, vel hominem in quinare possunt ꝑm suam naturam. vñ dr matth. 15. Non quod intrat in os coĩnq̃nat hoiem, sed que procedunt de ore hec coĩnq̃nant hoiem. z exponit hoc de pctis. Pñt tñ aliq̃ cibi p accidẽs inq̃nare aĩam: inquãtũ. s. contra obedientiã, vel votum, vel ex nimia cõcupiscẽtia comedunt, vel inquãtũ prebent fomentum luxurie. ꝓter qđ aliq̃a vino z carnib⁹ abstinẽt. Secũm autem corporalẽ immunditiã que est corruptionis cuiusdam, alique animalium carnes immunditiã habent, vel quia ex rebus immũdis nutriunt: sicut porcus, aut imũde cõuersant: sic q̃dã aialia sub terra habitãtia: sic talpe z mures z alia hmõi, vñ ẽt quẽdã ferorem cõtrahũt, vel q̃r eorũ carnes pp superfluaz humiditatẽ vel siccitatẽ corruptos humores i corp⁹ hũantis gñant, z iõ prohibite sunt eis carnes aialiũ hr̃tiũ soleas. i. vngulã ꝓmuã nõ fissam, pp eor̃ terrestreitatẽ, z silr sunt eis prohibite carnes aialiũ habẽtiũ multas fissuras in pedib⁹: q̃r sunt nimis colerica z adusta: sic carnes leonis z hmõi. z eadẽ rõne prohibite sunt eis aues q̃dã rapaces: q̃ sunt nimie siccitatis. z q̃dã aues aquatice pp excessum hũiditatis. Silr ẽt q̃dã pisces nõ hãtes pẽnulas z squãmas: vt anguile z hmõi, pp excessum humiditatis. Sũt añt eis cõcessa ad esuz aialia ruminantia et findẽtia vngulã: q̃ hũt humores bñ digestos z sunt medie cõplexionis: q̃ nec sunt nimis humida, q̃ signãnt vngulæ, nec sunt nimis terrestria: cũ nõ habeant vngulã cõtinuam sed fissam. In piscibus etiã pcessi sunt eis pisces sectores: qđ signãt p hoc qđ hũt squãmas z pennulas: p hoc. n. efficit ipsa cõplexio humida piscium. In auib⁹ ẽt sunt eis cõcesse magis spate: sicut galline, pdices z alie hmõi. Alia rõ fuit in detestationẽ idolatrie. nam gẽtiles z ꝓcipue egyptij inter quos erãt nutriti, hmõi aialia ꝓhibita idolis immolabant vel eis ad maleficia vtebãtur. Animalia añt q̃ iudeis sunt concessa ad esum nõ comedebãt: sed ea tanq̃ deos colebãt, vel pp aliam cãm ab eis abstinebãt: vt. s. dictũ est. Tertia ratio est ad tollendã nimiaz diligẽtiam circa ciboria. z iõ conceditur illa aialia que de facili z in promptu haberi pñt. Ea aliter tñ prohibitus est eis esus ois sanguinis z adipis cuiuslibet aialis. sanguinis quidẽ tum ad vitandam crudelitatẽ vt detestarent humanũ sanguinẽ effundere: sicut. s. dictũ est. tñ ẽt ad vitandũ idolatrie ritũ: q̃ eorũ cõsuetudo erat vt circa sanguinem congregatũ adunarent ad comedendũ in honorẽ idolorũ: quibus reputabant sanguinẽ acceptissimũ esse. z iõ ois mãdauit q̃ sanguis effunderet z q̃ puluere opiret. Et pp hoc ẽtiã prohibitum est eis comedere aialia suffocata vel strangulata: q̃r sanguis eor̃ non separat a carne. vel q̃r in talĩ morte aialia multũ affligũtur: z dñs voluit eos a crudelitate ꝓhibere etiaz circa aialia bruta: vt p hoc magis recederent a crudelitate hois, hũtes exercitiũ pietatis ẽt circa bestias. Adipis ẽt esus ꝓhibitus est eis. tñ q̃r idolatre comedebãt illũ in honorẽ deorũ suorũ. tñ ẽt q̃r cremabatur in honorem dei. tñ etiam q̃r sanguis z adeps nõ gñant bonũ nutrimentum: qđ p causa inducit rabbi Moyses. Causa añt prohibitionis esus neruor̃ expltmẽt gen. 32. vbi dr, q̃ nõ comedũt filij israel neruũ: eo q̃ tetigerit neruum femoris iacob z obstupuerit. Figuralis autẽ rõ horũ est: q̃ p oĩa hmõi aialia ꝓhibita designantur aliqua peccata: in quorũ figuram illa aialia ꝓhibebantur. vñ dicit aug. in li. 83 quæstiõ. Si de porco z aguo requiratur, vtrunq̃ nã mundũ est: q̃r oĩs creatura dei bona est. quadam añ ꝓ signãtione agnus mundus, porcus immũdus est, tanq̃ si stultũ z sapientẽ diceres: vtrũq̃ hoc ẽ natura vocis z literarum z syllabarũ ex quib⁹ cõstat mundũ est: signãtione añt vtr̃ est mundũ z aliud immundũ. Animal. n. qđ ruminat z vngulam findit mundũ est signãtione: q̃ fissio vngule signat distinctionem duorũ testamẽtorum, vel patris z filij, vel duarum naturarũ in xpo, vel discretionem boni z mali. Ruminatio autem signat meditationẽ scripturarũ z sanũ intellectum earuz. Cuicunq̃ añt horũ alterũ deest spũ. liter immundus est. Similr etiam in piscibus illi qui hũt squãmas z pennulas signãtione mundi sunt: q̃ p pennulas signãtur vita sublimis: vel cõtemplatio: p squãmas añt signãtur aspera vita: quorũ vtrũq̃ necessarium est ad munditiam spiritualem. In auib⁹ autẽ specialia quedam gña ꝓhibentur. In aquila. n. q̃ alte volitat ꝓhibetur superbia. In gryphe añt qui equis z hominib⁹ infestus est, crudelitas potentum ꝓhibetur. In alyeto añt qui pascit minutis auibus, signãntur illi qui sunt pauperibus molesti. In miluo autem qui maxime insidijs vtitur, designant fraudulenti. In vulture añt qui seqtur exercitũ expectãs comedere cadavera mortuorum: significantur illi qui mortes z seditiones hominum affectant vt inde lucrentur. Per animalia corumq̃ genera significantur illi qui sunt voluptatibus denigrati, vel qui sunt exptes bone affectionis: q̃r corvus semel emissus ab arca non est reuersus. Per struthionem qui cũ sit auis volare non potest, sed semp est circa terram: significantur deo militantes z se negotijs secularibus implicantes. Hycticorax q̃ nocte acuti est visus, in die autem non videt: signãt eos qui in tpalibus sunt astuti, in spiritualibus hebetes. Larus añt qui z volat in aere z natat in aq̃ signãt eos qui z circuncisionem z baptismũ venerant. vel signãt eos q̃ per contẽplationem volare volunt et tñ viuunt in aqs voluptatum. Accipiter ẽ ho qui deseruit hominib⁹ ad predam, significat eos qui ministrant potẽtibus ad depredandum paupẽres. Per bubonẽ q̃ in nocte victũ q̃rit, de die autẽ latet, signãntur luxuriosi qui occultari querũt nocturnis opibus que agunt. Mergulus añt cuius natura est vt subvndis diutius immoretur: significat gulosos qui in aquis deliciarum se immergunt. Ibis vero auis est in aphrica hũs longum rostrum que serpentibus pascitur, et forte est idem quod ciconia: et significat inuidos: qui de malis alior̃ quasi de serpentibus reficiuntur. Cygnus añt est coloris candidi z longũ

lum hz qui ex profunditate terre vel aque cibum trahit, et

pōt signāre hoies q̄ per exteriorē iustitie cādorem lucra terrena q̄runt. Onocrotalus aūt auis est in pribus ouētis longo rostro: q̄ in faucib⁹ hz quosdā folliculos in q̄bus primo cibū reponit, z post hoc in ventrem mittit. z sīgt augros qui immōderata sollicitudine necessaria vite cōgregant. Porphyrio aūt p̄ter modū alias auīs hz vnū pedē larum ad natandū, aliū fissum ad ambulandū: q; z in aqua natat vt anates, z in terra ambulat vt gallices: solo morsu bibit, oēm cibum aq̄ tingens. z signāt eos q̄ nihil ad alteri⁹ arbitriū facere volunt: sz solum qđ fuerit sanctum aq̄ ppie voluntatis. Per herodionē q̄ vulgariter falcodr: signant illi quor⁹ pedes sunt veloces ad effundum sanguinem. Caladriō aūt q̄ est auis garrula, signat loq̄ces. Upupa aūt q̄ mundificat in stercorib⁹, et fetēti pascit fimo, et gemitū in cantū simulat, signt tristitiā seculi q̄ in hoib⁹ immundis mortem opat. Per vespertilionē aūt q̄ circa terrā volitat: signant illi q̄ secularia scia p̄ditis sola terrena sapiunt. Circa volatilia aūt et q̄drupedia illa sola cōcedunt eis q̄ posteriora crura hnt longiora, vt saltare possint, alia vo q̄ terre magis adhērēt, phibent: q; illi qui abutunt doctrina q̄tuor euāgelistar, vt p eam in altum nō subleuent, immundi reputant. In sanguine vo z adipe z neutro intelligitur phiberi crudelitas z voluptas z fortitudo ad pcedendum. ¶ Ad 5m dōm, q; esus plantar⁹ et aliorum terrena scientiam aūt apud hoies etiam aī diluuium: sed esus carnium vī esse post diluuium introduct⁹. Dī. n. geñ. 9. Quasi olera virentia dedi vobis oēm carnem. z hoc tō q; esus terrenascentium magis ptinet ad q̄dam simplicitatē vite, esus aūt carnium ad q̄dam delitias z curiositatē viuendi. spōte. n. terra herbā germinat, vel eum modico studio hmōi terrenascētia in magna copia pcurant: opz aūt cum magno studio alalia nutrire, vel etiā capere. z tō volēs dōs pplm suum reducere ad simpliciorē victum, multa in gñe alialium eis phibuit, non aūt in gñe terrenascētiū. Vel etiam q; alalia immolabant idolis, nō aūt terrenascētia. ¶ Ad 3m pz rñsio ex dictis. ¶ Ad 4m dōm, q; etsi secundū ipsius nō sentiat q̄r carnes et⁹ coīq̄r: rñ in alio decoquere ad q̄dam crudelitatē ptinere vī, si lac mīs qđ datū est et p̄ nutrimēto adhibeat ad psumptionē carniū ipsi⁹. Vel pōt dici, q; gētiles in solēnitatib⁹ idoloꝝ talr carnes hedi decoq̄bāt ad immolādū vl ad comedēdū. z tō exo. 23. positū p̄dictū fuerat de solēnitatib⁹ celebrandis in lege, subdit, Nō coques hedū in lacte mīs sue. ¶ Figuralis aūt rō hui⁹ phibitionis est: q; p̄figurabat q; ch̄s q̄ est hedus pp similitudinē carnis peri. nō erat a iudeis coīquendus. i. occidēdus, in lacte mīs. i. ebrie ifantie. vel signāt q; hedus. i. pctōr non coīquendus in lacte mīs, i. nō est blanditijs delinīendus. ¶ Ad quintū dōm, q; gentiles fructū p̄mittuos q̄s fortunatos estimabāt dīs suis offerebāt, vt sīc cōburebāt eos ad q̄dā magica faciēda. z tō precepti est eis vt fructū trīū primoꝝ annoꝝ immūdos reputarēt. In trib⁹ n. annis fere oēs arbores terre illi⁹ fructū pducunt: q̄. i. vel seminādo, vel iserēdo, vel plantādo colunt. Haro aūt cōtingit q; ossa fructuū arboris vel semina latentia seminent: hec. n. rarō facerent fructū, sed lex respexit ad id qđ frequentī⁹ fit. Nam aūt q̄rti anni tāq̄ p̄mitte mūdoꝝ fructū deo offerebant. Quito aūt anno z deiceps comedebant. ¶ Figuralis aūt rō est, q; p hoc p̄figurat, q; post tres stat⁹ legis (quoꝝ vn⁹ est ab abrā, vsq; ad dauid: iste⁹, vsq; ad trāsmigrationē babilonis: tertī⁹ vsq; ad xp̄m) erat xp̄s deo offerend⁹, q̄ est fruct⁹ legis. vel q; primordia nr̄oꝝ operū debent esse nobis suspecta, pp imperfectionē. ¶ Ad sextum dōm, q; sicut dī eccl. 19. amict⁹ corpis enūtiat de hoie. Et tō voluit dōs, vt pplis ei⁹ distingueret ab aliis pplis: nō solū signo circūcisionis, qđ erat in carne: sed etiā certa habit⁹ distinctione. Et tō phibitū fuit eis, ne induerent vestimēto ex lana z lino ptexto: z ne mulier induerēt veste virili, aut ecōuerso, pp duo. Primo qđē ad vitādū idolatrie cultū. Hmōi. n. varijs vestib⁹ ex diuersis ptextis, gētiles in cultu suoꝝ deoꝝ vtebātur. z ēt in cultu mīs, mulieres vtebantur armis virorum: in cultu aūt veneris ecōuerso viri vtebant vestibus mulierū. Alia rō est, ad declinādam luxuriā: nā p̄ mixtiones varias in vestimētis, ois ordinata cōmixtio corpis excludit. Qđ aūt mulier induat veste virili, aut ecōuerso, incentiuū est pcupiscētie, z occasionē libidini p̄stat. ¶ Figuralis aūt rō est: q; in vestimēto ptexto ex lana z lino iterdicit p̄fectio simplicitatis z innocētie q̄ figurat p lanā, z subtilitatis malitie q̄ figurat p linū. phibet ēt q; mulier nō vsurpet sibi doctrinā vl alia virorū officia, vel ne vir declinet ad mollitiē mulierum. ¶ Ad septimum dicendum, quod sicut hieronymus dicit super matth. dōs iussit vt in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, ad ppm israel dignoscendū ab aliis populis: vī q; hoc se esse iudeos p̄fitebantur. z ideo p aspectū huius signi inducebantur in memoriā sue legis. Ligabis ea in manu tua z erunt semp aī oculi tuos: pharisei male interp̄tabantur scribentes in membranis decalogum Moysi, z ligabant in fronte quasi coronā vt aī oculos moueretur: cū tñ intentio dīi mandantis fuerit, vt signarentur in manu. i. in opatione, z essent aī oculos. i. in meditatione. In hyacinthinis aūt vittis q̄ pallijs inserebantur, signatur celestis interrio, q̄ oibus opib⁹ nostris dz adiungi. Pōt tñ dici q; populi ille carnalis erat z dure cervicis: oportuit etiam p hmōi sensibilia eos ad legis obseruantiam excitari. ¶ Ad octauū dicendū, q; affect⁹ hois est duplex. Un⁹ quidem ēm rōnem: alius vo ēm passionem. Secūm igitur affectū rōnis nō refert qđ homo circa bruta alialia agat: q; oia sunt subiecta ei⁹ ptāti a deo: ēm illud psal. Oia subiecisti sub pedib⁹ eius. z ēm hoc apostolus dicit q; non est cura deo de bobus: q; de⁹ nō reqrit ab hoie qđ circa boues agat vel circa alia alialia. Quantum vo ad affectum passionis mouetur affect⁹ hois etiam circa alia alialia: q; n. passio misericordie cōsurgit ex afflictionibus alior, cōtingit autē etiam bruta alialia penas sentire, pōt in hoie ēsurgere misericordie affect⁹ etiam circa afflictiones alialium. Proximū autē est vt qui exercetur in affectu misericordie circa alialia, magis ex hoc disponatur ad effectum misericordie circa hoies. vñ dī pueraz. Novit iustus alias iumentoꝝ suorum: viscera autē impioꝝ crudelia. Et tō vt dōs populum iudaicum ad crudelitatem pnum ad misericordiam etiam circa bruta alialia: phibens qđam circa alialia fieri q̄ ad crudelitatem q̄dam ptinere videntur: z tō phibuit ne coqueretur hedus in lacte matris: z q; nō alligarentur os boui triturantis: z qō nō occideretur mr cum filijs. Huius etiam dici possit q; hec phibita sunt eis in detestationem idolatrie: nam egyptij nefarium reputabāt vt boues triturantes de frugib⁹ comederent. aliq; etiam malefici vtebanē matre aut incubante z pullis ei⁹ simul captis ad fecunditatē z fortunam circa nutritionē filioꝝ: z q; etiam in augurijs reputabatur hoc esse fortunatū q; inueniretur mr incubans filijs. Circa commixtionem vo alialium diuerse speciei: rō Ifalis potuit esse triplex. Una quidem ad detestationem idolatrie egyptioꝝ qui diuersis ymitationib⁹ vtebantur in seruitium planetar: qui ex diuersas coniunctiones hnt diuersos effectus: z sup diuersas species rerum. Alia ratio est ad excludendum concubitus contra nām. Tertia rō est ad tollendam vīr occasionem concupiscentie. Alialia. n. diuersarum specierum non commiscentur de facili adinuicez nisi hoc p hoies pcuretur: z in aspectu coitus alialium excitatur hominū cōcupiscentie mot⁹: vñ z in traditionibus iudeoꝝ p̄ceptum inuenitur (vt rabbi Moyses dicit) vt hoies auertant oculos ab alialibus coeuntib⁹. ¶ Figuralis aūt hoꝝ ratio est: q; boni trituranti. i. p̄dicatori deferenti segetes doctrine non sunt necessaria vict⁹ subtrahenda: vt apls dicit 1. ad cor. 9. Adrem etiam non simul debemus tenere cum filijs: q; in quibusdam retinendi sunt spūales sensus quasi filij: z dimittēda est Ifalis obseruantia quasi mr: sicut in oībus cerimonijs legis. Prohibet etiam q; iumenta. i. populares hoies non faciamus coire. i. coniunctionem hre cum alterius gñis aliantibus. i. cum gentibus vel iudeis. ¶ Ad nonum dōm, q; oēs ille commixtiones in agricultura sunt phibite ad ira in detestationem idolatrie: q; egyptij in veneratione stellarum diuersas commixtiones faciebant z in seminibus z in alialibus et in vestib⁹ repñtantes diuersas coniunctiones stellaruꝝ. Vel oēs hmōi commixtiones varie phibentur ad detestationē coitus contra nām. ¶ Hñt tñ figuraleꝝ rōnem: q; qō dī. Non seres vineam tuam altero semine: est spiritualr intelligendum q; in ecclesia q̄ est spiritualis vinea non est seminanda aliena doctrina, z similr ager. i. ecclia non est seminandus diuerso semine. i. catholica doctrina z hereticа. Non est etiam simul aranduz in boue z asino: q; fatu⁹ sapienti in p̄dicatione non est sociandus: q; vnus impedit alium. ¶ Ad decimum dōm, q; malefici et sacerdotes idoloꝝ vtebant in suis ritib⁹ ossib⁹ vel carnib⁹ hoiuꝝ mortuoꝝ: et tō ad extirpanduz idolatrie cultum p̄cedit dōs vt sacerdotes minores q̄ p tpa certa ministrabant in sanctuario: non inq̄rent in mortib⁹ nisi valde ppinquoꝝ. i. pīs z mīs: z hmōi coniunctaꝝ plonaꝝ. Pontifex autem semp debebat esse paratus ad ministerium sanctuarij: et ideo totalr phibitus erat ei accessus ad mortuos quantumcunq; propinquos. Preceptum etiam est eis ne ducerent vxorem meretricem ac re-

¶Super quest.103. Articu.1.

In articulo primo.q.103.nota duo. Primum in responsione ad tertium, q̄ sacerdotium ante legem nō diuina sed humana determinatione dignitas erat p̄mogenitur: vt hinc habeas q̄ sacra fuerit. Secūm in rōne ad quartum, q̄ author non dicit q̄ nihil fuerit ante legē immūdū iudicatum a deo quantū ad esum: sed dicit q̄ non fuit distinctio animaliū immundorum a mundis tunc a deo. Hoc enī est verum. Primū autem falsum: vt ad hoc dictū est genē. 9. quasi olera virēna tradidi vobis olia excepto q̄ carnes cum sanguine non comedetis: et cepit hec obseruātia ante legē sicut circūcisio.

¶Super Artic.2.

Hebr.7. co.2.fi.

In articulo secūdo eiusdem questionis difficultas de cōtinentia gratie in sacramentis noue legis relinquetur discutienda inferius in tertia parte vbi de sacramentis tractabitur et de circumcisione.

¶De durātione preceptorum cerimonialium. Questio.103.

Deinde Considerādum est de durātione cerimonialiū preceptorū. ¶Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo vtrū precepta cerimonialia fuerint ante legem. 2° vtrū in lege aliquam virtutem habuerint iustificandi. tertio vtrum cessauerint christo veniente. Quarto vtrum sit peccatum mortale obseruare ea post christum.

¶Utrum cerimonie legis fuerint ante legem. Articu.1.

Primū sic proceditur. Aī q̄ cerimonie legis fuerint ante legē. Sacrificia.n.et holocausta pertinent ad cerimonias veteris legis: vt.s. dictū est: sed sacrificia et holocausta fuerūt ante legem. Dicitur enī genē.4. q̄ cayn obtulit de fructibus terre munera dōo: abel autem obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum. Noe etiā obtulit holocausta dōo: vt dicitur genē.8. et abraam similiter vt dr genē.22. ergo cerimonie veteris legis fuerunt ante legem. ¶p̄. Ad cerimonias sacrorum pertinet cōstructio altaris et eius inuocatio, sed ista fuerunt ante legē: legitur.n. genē.13. q̄ abraā edificauit altare dōo. et de Jacob dicitur genē.28. q̄ tulit lapidem et erexit in titulū fundens oleū desuper. ergo cerimonie legales fuerunt ante legem. ¶p̄. Inter sacramēta legalia primū dicitur fuisse circumcisio: sed circūcisio fuit ante legem: vt patet genē.17. similiter etiam sacerdotiū fuit aī legem. Dr.n. genē.14. q̄ melchisedech erat sacerdos dei summi. ergo cerimonie sacramēt orum fuerunt aī legē. ¶p̄. Discretio mūdorum a ialiū ab immūdis pertinet ad cerimonias observātiarū: vt.s. dcm est. Sed raī distō fuit aī legē: dr.n. genē.7. Ex oib⁹ mūdis a ialib⁹ tolle septena et septena. de a ialib⁹ vō immūdis duo et duo. ergo cerimonie legales fuerūt ante legē.

Sed contra Est, quod dicitur deu.6. Hec sunt precepta et cerimonie que mandauit dominus deus noster vt docerez vos: non autem indiguissent super his doceri, si prius predicte cerimonie fuissent. ergo cerimonie legis non fuerunt ante legem.

Rñdeo Dcm, q̄ sicut ex dictis patet, cerimōie legis ad duo ordinabant. f. ad cultū dei, et ad figurādum chr̄m. Quicunq; aūt colit deū, opz q̄ p aliqua determinata eū colat q̄ ad exteriorem cultum ptinēt. Determinatio aūt diuini cultus ptinet ad cerimonias: sicut etiā determinatio eorū per que ordinamur ad proximū pertinet ad precepta iudicialia: vt supra dictū est. et ideo sicut inter homines cōiter erant aliqua iudicialia, non tñ ex auctoritate legis diuine instituta, sed rōne hominū ordinata: ita etiā erāt quedam cerimonie non quidez ex auctoritate alicuius legis determinate, sed solū scōm voluntātē et deuotionē hoīum deū colētium. Sed q̄ etiam aī legē fuerūt q̄dā viri p̄ciput pphetico spū pollentes, credendū est q̄ ex instinctu dīno q̄si ex q̄dā priuata lege inducerēt ad aliquē certū modū colēdi deū, q̄ et cōuenīes esset interiori cultui, et etiam cōgrueret ad significādū christi mysteria q̄ figurabātur etiam per alia eorū gesta: secundum illud.1. ad co.x. Oīa in figurā cōtingebant illis. Fuerūt igit aī legem quedam cerimonie, non tñ cerimōie legis q: nō erant p aliquā legislationem institute.

Ad Primū ergo dcm, q̄ hmōi oblationes et sacrificia et holocausta offerebant antiqui aī legē ex q̄dā deuotiōe p̄prie colūtatis: scm q̄ eis videbatur cōuenīes. vt in rebus q̄s a deo acceperāt q̄s in reuerētiā diuinā offerrent, p̄testarent̄ se colere deum. q̄ est oium p̄n̄m et finis. ¶Ad 2m dcm, q̄ et sacra quedam instituerūt: q: videbāt eis cōuenīes vt in reuerētiam diuinam essent aliq̄ loca ab aliis distincta diuino cultui mancipata. ¶Ad 3m dcm q̄ sacrm circūcisionis precepto diuino fuit statutū aī legē. vñ nō p̄t dici sacrum legis q̄si i legē istitutū. q̄si solū q̄si in lege obseruatū. et h̄ē qd dns dic̄ Jo.7. Circūcisio nō ex moyse ē, sed ex p̄tribus. Sacerdotiū et erat aī legē apōlētes deū scm hūanā determinationē: q̄ hanc dignitatē p̄ogenitis attribuebāt. ¶Ad 4.m dcm, q̄ distō mūdorū a ialiū et immundorū nō fuit ante legē quantū ad esum: cui dcm sit genē.9. Dē qd mouet et vim, erit vobis in cibū. scm solū q̄stū ad sacrificiorū oblationē: q: de q̄busdā determinatis a ialibus sacrificia offerebāt. Sī tñ q̄stū ad esum erat aliq̄ a ialiū discretio, hoc nō erat: q: esus illoꝝ reputaret illicitus, cui nulla lege eēt p̄hibitus: sed pp abominationē vel cōsuetudinē: sicut et nūc videm⁹ q̄ aliq̄ cibaria sunt i aliq̄b⁹ terris abominabilia q̄ i aliis comedūt.

¶Utrum cerimonie veteris legis haberent virtutem iustificandi tempore legis. Articu.2.

Ad Scōm sic p̄cedit. Aī q̄ cerimonie veteris legis hēbant virtutē iustificandi tempore legis. Expiatio.n. a pctō et cōsecratio hominis ad iustificationem ptinēt. sed exo.29. dicitur, q̄d p aspersionem sanguinis et intunctionē olei consecrabantur sacerdotes et vestes eorum: et leuit.16. dicitur, quod sacerdos per aspersionem sanguinis vituli expiabat sanctuariū ab immūditiis filiorū israel, et a preuaricationibus eorum atq; peccatis. ergo cerimōie veteris legis hēbāt p̄tutē iustificandi. ¶p̄. Id p q̄d hō plz deo, ad iustitiā ptinet: scm illud spal. Iust⁹ dns et iustitias dilexit. sed p cerimonias aliq̄ deo placebant: scm illō leuit.x. Sīo potūt placere dīo in cerimoniis mente lugubri. ergo cerimōie veteris legis habebāt virtutē iustificādi. Preterea. Ea q̄ sunt dīni cult⁹ magis ptinēt ad animā quā ad corpus: cui illud psal. Aer dīi immaculata cōuertens animas, sed per cerimonias veteris legis mūdabat leprosus: vt dicitur leuit.14. Ergo multo magis cerimonie veteris legis poterāt mundare animā iustificādo.

Sed Contra est, q̄ apostol⁹ dr gal.2. Si data eēt lex q̄ posset iustificare, chr̄s gratis mortu⁹ esset. idest sine cā: sed hoc est inconueniens. q̄ cerimōie veteris legis nō iustificabāt.

Rñdeo Dcm, q̄ sicut.s. dictū est, in veteri lege duplex immūditia obseruabat. Una q̄dē spīalis q̄ est immunditia culpe. alia vo corpalis que tollebat idoneitatem ad cultum diuinum: sicut leprosus dicebatur immūdus vel ille qui tangebat aliq̄d mortuū. et sic immunditia nihil aliud erat quā irregularitas quedam. Ab hac igitur immunditia cerimonie veteris legis habebant virtutem emūdandi: q: hmōi cerimonie erant q̄dam remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollendas p̄dictas immūditias ex statuto legis inductas. et ideo apostolus dicit ad heb.9. q̄ sanguis hyrcorum et taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emūdationem carnis. Et sicut ista immūditia q̄ p hmōdi cerimōias emūdabat erat magis carnis quam mētis, etiā ipse cerimonie iustitie carnis dicūtur ab ipso apostolo parum. s. Iustitias inquit carnis vsq; ad tempus correctiōis impositis. Ab immunditia vo mētis q̄ est immūditia culpe nō hēbāt p̄tutē expiādi. et h̄ iō: q: expiatio a pctis nūq̄ fieri potuit nisi p chr̄m q̄ tollit pcā mūdi: vt dr ioā.1. Et q: mysteriū incarnatiōis et passionis chr̄i nōdū erat reale pactū, veteris legis cerimōie nō poterāt in se cōtinere reale p̄tutē p̄fluētē a chr̄o incarnato et passo, et sic p̄tinēt sacra noue legis. et iō nō poterāt a pcō mūdare: sic aplūs dic̄ ad heb.x. q̄ impōssibile est sanguine taurorū aut hyrcorū auferri pcā. et h̄ est qd gal.4. Infirma vocat ea egena et infirma elmta. infirma q̄dē q: nō p̄nt a pctō mūdare: scm hec infirmitas puenit ex eo q̄ sunt egena. i. eo q̄ nō cōtinēt in se gr̄az. Poterat aūt mēs fidelium tpe legis p fidē cōiungi chr̄o incarnato et passo: et ira ex fide chr̄i iustificabāt cui⁹ fidei q̄dā p̄testatio erat hmōi cerimoniarū obseruatio. ingētū erant figura chr̄i. et iō p pctis offerebant sacrificia q̄dā in veteri lege: nō q: ipsa sacrificia a pctō emūdarēt: sed q: erāt q̄dam p̄testationes fidei q̄ a pctō mun-

dabant: z ħ ēt ipsa lex innuit ex mō loquēdi. Dr. n. leui. 4. 7. 5. q̄ in oblatione hostiaꝝ ꝑ peccato orabit ꝑ eo sacerdos z dimittetur ei quasi peccatū dimittatur nō ex vi sacrificiorum, sed ex fide z deuotiōe offerentiū. ¶ Sciendū est tñ q̄ hoc ipsum q̄ veteris legis cerimonie a corpalib⁹ immūditijs expiabāt, erat in figura expiationis a peccatis q̄ fit ꝑ xp̄m. Sic igitur ptz quod cerimonie in statu veteris legis nō habebāt vtutē iustificādi.

Ad Primū ergo dōm, q̄ illa sanctificatio sacerdotū, z filiorū ei⁹ z vestiū ipsoꝝ vel quorūcūq; aliorꝝ per aſpſionez sanguinis nihil aliud erat q̄ deputatio ad diuinum cultum, z remotio impedimēt orum ad emūdationē carnis: z apls dicit in p̄figurationē illi⁹ sctificatiōis q̄ Iesus ꝑ suū sanguinē sctificauit populū. Expiatio ēt ad remotionē hmōi corporaliuꝝ immunditiarum referenda est, nō ad remotionē culpe vñ etiam sanctuariuꝝ expiari dr̄; q̄ culpe subiectū esse nō poterat. ¶ Ad scōm dōm, q̄ sacerdotes placebant deo in cerimonijs pp obedientiā z deuotionem z finē rei prefigurate, non añt pp ipsas res scōm se consideratas. ¶ Ad tertiū dōm, q̄ cerimonie ille que erant instituite in emūdatione leprosi, nō ordinabātur ad tollēdam immunditiam infirmitatis lepre: qđ patet ex hoc q̄ non adhibebanť huiusmodi cerimonie nisi iam emundato. vñ dicitur leui. 14. q̄ sacerdos egressus de castris cum inuenerit leprā esse mūdatā precipiet ei q̄ purificať vt offerat ꝛc. Ex quo ptz q̄ sacerdos cōstituebať iudex lepre mūdate, nō añt emundande. Adhibebanť añt hmōi cerimonie ad tollēdā immunditiā irregularitatis. Dicit tñ q̄ qñq; si cōtingeret sacerdotē errare in iudicando, miraculose leprosus mundabatur a deo virtute diuina: non añt virtute sacrificiorū: sicut etiam miraculose mulieris adultere cōputrescebat femur bibitis aquis in quibus sacerdos maledicta congesserat: vt habetur numeri. 5.

22ª. qō. 86. ā. 4. ad. 1. Et. 2. di. 44. q. 2. ar. 2. ad 3ᵐ. 2. 4. dist. 1. q. 2. ā. 5. q. 1. 2. 2ª d. 2. q. 1. ā. 4 q. 3. co. Et q̄l. 2. ar. 8. co. Et rosñ. 14. co. 1. 2. 2ª.

¶ Utrum cerimonie veteris legis cessauerint in aduentu christi. Articu. 3.

Ad Tertium sic ꝓcedit. Vr̄ q̄ cerimonie veteris legis nō cessauerint in christi aduentu. Dr. n. baruch. 5. Hic est liber mandatorū dei, z lex q̄ est in eternum: ſz ad legē ptinebant legis cerimonie. ergo legis cerimōie in eternū durature erāt. ¶ p̄. Oblatio mundati lepro si ad legis cerimonias pertinebat: sed etiā in euangelio precipitur leproso emundato vt hmōi oblationes offerat. ergo cerimōie veteris legis nō cessauerūt chſto veniente. ¶ p̄. Danēte cā manet effect⁹: sed cerimōie veteris legis habebāt quasdam rōnabiles cās in q̄bus ordinabantur ad diuinū cultū etiā ꝑter hoc q̄ ordinabanť in figurā chſti. ergo cerimōie veteris legis cessare nō debuerūt. ¶ p̄. Circūcisio erat instituta in signū fidei abrae, z obseruatio añt sabbati ad recolēdū bñficiū creatiōis, z alie solēnitates legis ad recolēdū alia bñficia dei: vt. ā. dictū est. sed fides abrae est semper imitanda etiā a nobis, et bñficiū creationis z alia dei beneficia semper sunt recolenda. ergo ad minus circuncisio et solennitates legis cessare non debuerūt.

Sz est, q̄ apls dic̄ ad col. 2. Nemo vos iudicet i cibo, aut in potu, aut in pte diei festi, aut neomenie aut sabbatorū, q̄ sunt vmbra futuroꝝ. z ad heb. 8. dr̄; q̄ dicendo nouū retūm veterauit p̄ma: qđ añt antiquať z senescit ꝓpe interitum est.

Rñdeo Dōm, q̄ oia ꝓcepta cerimonialia veteris legis ad cultū dei sunt ordinata: vt. ā. dcm̄ ē. exteriora añt cult⁹ ꝓportionari dz interiori cultui q̄ christit in fide, spe, et charitate: ñ ꝑm diuersitatē interiorū cult⁹ debuit diuersificari exteriorē cult⁹. Dr̄ autē tripl̄ stat⁹ distingui interioris cultus. Un⁹ quidē ſm quē hr̄ fides et spes, z de bonis celestibus, z de his p q̄ in celestia introducimur: de vtrisq; quidē sicut de quibusdā futuris, z talis fuit stat⁹ fidei z spei in veteri lege. Alius añt est stat⁹ interioris cultus in quo hr̄ fides z spes de celestib⁹ bonis sicut de quibusdā futuris: sed de his p q̄ introducimur in celestia sicut de p̄ntibus: vel ꝑteritis. z ille est status noue legis. Tert⁹ añt stat⁹ est in quo vtraq; hr̄itur vt p̄ntia, z nihil credit vt absens, neq; sperat vt futurū. z iste status beatoꝝ. In illo ergo statu beatorū nihil erit figurale ad diuinū cultū ꝑtinēs: ſz solū gratiaꝝ actio z vox laudis. et ī dr̄ apo. 21. de ciuitate beatoꝝ, Templū nō vidi in ea. dñs. n. de⁹ oipotēs templū illi⁹ est z agn⁹. Patet igit rōne cerimonie p̄mi status per quas figurabať z secundus z tertius, veniente scōo statu cessare debuerunt, z alie cerimonie induci, q̄ cōuenirent statui cultus diuini ꝑ tpe illo in quo bona celestia sunt futura, beneficia autem dei per que ad celestia introducimur sunt presentia.

Ad Primum ergo dōm, q̄ lex vetus dr̄ esse in eternum, secundū moralia quidez simpl̄r z absolute: ſm cerimonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam. ¶ Ad ſm dicendum, q̄ mysterium redemptionis humani generis completum fuit in passione christi. vnde tunc dñs dixit, cōsummatum est: vt habetur ioan. 19. z ideo tunc totaliter debuerūt cessare legalia, quasi iam veritate eorum consummata. in cuius signum in passione christi velum templi legitur esse scissum matth. 27. z ideo ante passionē christi christo predicante, z miracula facente currebant simul lex z euangelium: quia iam mysterium christi erat inchoatum, sed nondum consummatum. z propter hoc mandauit christus dñs ante passionē leproso: vt legales cerimonias obseruaret. ¶ Ad tertium dicēdum, q̄ rationes literales cerimoniarum supra assignate referuntur ad diuinum cultum: qui quidem cultus erat in fide venturi. z ideo iam veniente eo qui vēturus erat, z cultus ille cessat, z omnes rationes ad hunc cultum ordinate. ¶ Ad quartum dicēdum, quod fides abrae fuit commendata in hoc, quod credidit diuine promissioni de futuro semine, in quo benedicerentur omnes gētes. et ideo quandiu hoc erat futurum, oportebat protestari fidē abrae in circuncisione: sed postquā iam hoc est perfectum, oportet idem alio signo declarari scilicet baptismo: qui in hoc circuncisioni succedit: secundū illud apostoli ad col. 2. Circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circūcisione domini nostri Iesu Christi consepulti ei in baptismo. Sabbatum autē quod significabat primam creationem mutatur in diem dominicum: in quo commemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi: et similiter alijs solennitatibus veteris legis noue solennitates sucedunt: quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christum. Unde festo phase succedit festum passionis Christi z resurrectionis. Festo penthecostes in quo fuit data lex vetus succedit festum penthecostes in quo fuit data lex spiritus vite. Festo neomenie succedit festū beate Virginis: in qua primo apparuit illuminatio solis id est Christi per copiam gratie. Festo tubarum succedunt festa apostolorum. Festo expiationis succedunt festa martyrum z confessorum. Festo tabernaculorum succedit festum consecrationis ecclesie. Festo cetus atque collecte succedit festum angelorum: vel etiam festum omnium sanctorum.

¶ Utrum post passionez Christi legalia post sint seruari sine peccato mortali. Articu. 4.

Ad Quartum sic proceditur. Videtur quod post passionem Christi legalia possint sine peccato mortali obseruari. Non est enim credendum, quod apostoli post acceptum spiritum sanctum mortaliter peccauerint: cuius enim plenitudine sunt induti virtute ex alto: vt dicitur luce vltimo. Sed apostoli post aduentum spiritussancti legalia obseruauerunt. Dicitur enim actuum. 16. quod paulus circuncidit thimotheum: z actuum. 21. dicitur quod paulus secundum consilium Jacobi assumptis viris purificatus cum eis intrauit in templum annuntians expletionem dierum purificationis donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Ergo sine peccato mortali possunt post christi passionem legalia obseruari.

¶ p̄. Utrare consortia gentilium ad cerimonialia aurorizate dist. 1. q. 10 4. ar. 3. co. Et 22ª. q. 87. ā. 1. co. p⁹ med. z q. 93. ā. 1. z qō. 94. ā. 3. ad. 5. z 4. d. 1. q. 2. ā. 5. q. 3. z. 4. Et 10. 14. co. 2. Et gal. 2. co. 2. z 3. z. c. 5. co. 1. z 2. Et co. 2. fi.

¶ Super Articu. 4. Articu. 4. eiusdem. 103. questio. ebmisso 3⁰ articulo dubium occurrit circa rationem assignatam in litera: quare legalia post passionem christi cessauerūt sic q̄ absq; mortali pcō seruari nō phr. Ur añt qđ aug. z author in ea de cepti sunt. naz aut efficaciter concludit aut nō si efficax est q̄ duo tñ tpa distinguenda sunt cum hiero. I. ante passionem z post vt in corpore articuli et ex hac rōne distinguitur. Et z sequela: q̄z quoz idē sit iudiciū ſm hāc rōnem de verbis z factis cerimonialibus sicut duo tñ tpa distinguunt q̄ ad facta cerimonialia z sicut post passionem christi immediate precessent mortalr apli dicentes Jesum christū nasciturum, passurum, resurrecturum: z ita exercētes facta ꝓfitentia ipsum nasciturum, passurum, resurrecturū peccabāt mortalr: super hoc quippe vis rationis stat q̄ patria sint meminti verbo z facto fiat qđ dr̄ducimus nō admittitur: q̄z Jdcirco tribus tpib⁹ in rōne ad p̄m abusu. positis sequit q̄ rō efficax nō sit ad cōcludendū q̄ legalia seruari nō p̄t absq; pcō mortali: qō ſi in corpore articuli concluditur nō magis nāq; est mēdacio dicere nisi xp̄m nasciturum passū re surrecturū ascēsurū et spūsctī legē daturum q̄ post penthecosten tempore apostoloruz.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quia non solum ex augu. z authoris sed ecclesie autoritate diſiō nō trū tēporū z rōnez in fa allata z cōciliē vt in cōcilio florentino sub eugē. 4. ptz hēm ideo virumq; saluare opz. Dōm est ergo q̄ ratio illa de mendacio verbo vel facto efficax ē. z cōcludit q̄ cerimonialia absolute z simplr nō potuerunt post christum immediate obseruari absq; mendacio pniciose: z propterea hodie seruari non possunt. nec nunc seruari potuerunt absolute: quoniam absolute seruata seruāť vt viua et necessaria ad salutem ex lege veteri: qđ post christū nūquā licuit. Quare añt quodam tpe tantū licuerit vsq; ad diuulgationez euangelij licuerit seruare eadem vt mortua, est qrrsque ad mo-

multum tanti mortua persona vt mortua ipsa custodit, vñ spūssancti autoritate vt in lra dicitur quasi dispēsatiue concessum est xp̃s non mētiendi facto: qz non est cōcessum vt vterentur eis vt vitis: sic. n. pōtest xp̃m nascituꝝ passuꝝ &c. Iz deferēdi mortuam synagogaz matrē cum honore ad tumulū. Tunc quippe tumulata est qñ euangelū est diuulgatum. Propter qđ nunc nec vt viua pp mēdacium nec vt mortua pp sepulturam iam seruari pñt cerimonialia a illa absq; petō mortali. Et sic ꝓz oia consonare.

¶ In responsione ad tertium scitq; qđ in eodem florentino concilio canonizata est qua si adhūc hec doctrina.

¶ Super. q. 104.

Ad. questio. 104. nihil scribendo occurrit, nisi qđ duo specialiter aduertas. primum est quare ofa illius populi erant figuralia: assignat nan q̃ in 2. art. ad 2m pro causa: qz xp̃s ex populo illo erat nasciturus i. qz status illius populi erat propter xp̃m vēturum ex eo pñs est vt verbis & factis prenunciarēt xp̃m & pertinentia ad ipsum. Et hoc ex dicta rōne: cuius solius est facere q̃ facta totius populi sint in figuram. scōm est q̃ differentia inter cerimonialia & iudicialia in figurādo, non consistit in hoc: q̃ cerimonialia sint p̃ se primo instituta ad figurandum, & iudicialia sint instituta ad figurādū p se scōo. hoc em̄ nō dr in lra. Et si concederetur non possent hodie a quocūq; precipi ꝓncipe sicut nec cerimonialia: qm̃ p se licet 2o haberēt annexam significationem xp̃i venturi. sed cōsistit in hoc q̃ cerimonialia vt sic per se primo. i. fm̄ primariam intentionem dei instituentis figurant xp̃m venturum: iudicialia vero vt sic nec p se primo nec per se scōo continent rationem figure, sed ex pñi. i. q̃ accidens inēssum. i. data sunt ppō cuius totus status erat figurativus. sic em̄ omnia in figuram contingebāt illis: cū tñ quidē ista iudicialia sint ꝑ vna omniū contingētiū illis, oportet eam ista ex cōsequēti cē figuralia. Et ꝑpea pñs hec statui & seruari.

¶ Et sic intelligē secūdū & tertiū articulos.

montas legis ꝓtiebat: Iz hoc obseruauit primꝰ pastor ecclesie. Vñ. n. ad Gal. 2. q̃ cum venissent q̃dam antiochiā subtrahebat & segregabat se petrꝰ a gentilibus. ergo absq; petō post passionē chr̃i legis cerimonie obseruari possunt.

¶ Preterea. Precepta apl̃orum non induxerūt hoīes ad petm̃: sed ex decreto apostolorum statutū fuit, q̃ gētiles quedam de cerimonijs legis obseruarēt. Dicit n. actuū. xv. Visum spūsctō & nobis nihil vltra imponere oneris vobis quam hec necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum & sanguine & suffocato, & fornicatione. Ergo absq; peccato cerimonie legales possunt post chr̃isti passionē obseruari.

Sed Contra est, q̃ apostolus dicit ad gal. 5. Si circuncidimini chr̃s nihil vobis proderit: sed nihil excludit fructū chr̃isti, nisi peccatum mortale. ergo circuncidi & alias cerimonias obseruare post passionem chr̃isti est peccatum mortale.

Rñdeo Dōm, q̃ oēs cerimonie sunt q̃dā ꝓtestatiōes fidei in q̃ cōsistit interior dei cultꝰ. sic aūt fidē interiorē post hō ꝓtestari factis sic & verbis, & in vtra q̃ prestatiōe si aliq̃d hō falsum ꝓtestat peccat mortaliꝝ. Quāuis aūt sit eadē fides quā habemus de chr̃o, & quam antiq̃ patres habuerunt: tñ qi ipsi precesserūt chr̃m, nos aūt sequmur, eadē fides diuersis ꝛbis significat a nobis & ab eis: nā ab eis dicebat. Ecce vir go concipiet & pariet filiū: q̃ sunt ꝛba futuri tpis. Nos aūt idem reputamus p ꝛba preteriti tpis dicētes q̃ cōcepit & peperit. & similiter cerimonie veteris legis significabāt chr̃istum vt nasciturum & passurum: nostra aūt sacramēta significāt xp̃m vt natū & passum. Sicut igit peccare mortaliꝝ, q̃ nūc suā fidem protestando diceret chr̃istū nasciturū, quod antiqui pie & veraciter dicebant, ita etiā peccaret mortaliꝝ si q̃s nūc cerimonias obseruaret, q̃s antiq̃ pie & fideliꝝ obseruabāt. Et hoc est q̃d aug. dicit cōtra faustū. Jam nō ꝓmittitur nascituꝝ, passuꝝ, resurrecturus q̃ illa sacramenta quodammō ꝓsonabāt: Iz annunciaꝝ q̃ natꝰ sit, passus sit, resurrexerit: q̃ hec facia q̃ a chr̃istianis aguntꝛ ia ꝓsonant.

Ad Primū ergo dōm, q̃ circa hoc diuersi modi sensisse videtur hiero. & augu. Hieronymus. n. distinxit duo tpa vnuꝫ tps ante passionē chr̃i: in quo legalia non erant mortua, quasi non hñtia vim obligatoriam, aut expiatiuā ꝓ suo mō nec etiā mortifera: qi nō peccabāt ea obseruātes. Statim autē post passionē chr̃i ceperūt esse nō solū mortua. i. nō hñtia ꝛbtutē & obligationem: Iz etiā mortifera, ita. s. q̃ peccabant mortaliter quicunq; ea obseruabāt. vñ dicebat q̃ apl̃s nun q̃s legalia obseruauerunt post passionē: fm̄ veritatē, Iz solū q̃dā pia simulatiōe. ne. s. scādalizarēt iudeos, & eoꝝ peruersionē impedirēt. q̃ q̃dē simulatio sic intelligenda est, nō quidem ita q̃ illos actus secundum rei veritatem non facerent, Iz quia non faciebant tanquam legis cerimonias obseruantes. sicut si quis pelliculam virilis membri abscindere propter sanitatem non cā legalis circūcisionis obseruāde. Sed qi indecēs vī q̃ aplica occultarēt pp scādalum: q̃ pertinēt ad veritatē vite & doctrine, & q̃ simulatiōe vterent in his q̃ ptinēt ad salutem fidelium: ideo cōueniēt aug. distinxit tria tpa. Unū quidem ante chr̃i passionem in quo legalia neq; erāt mortifera, neq; mortua. Aliud autē post tps euangelij diuulgati in quo legalia sunt mortua & mortifera. Tertium autem est tps medium. s. a passiōe chr̃i vsq; ad diuulgationem euāgelij. In quo legalia quidē fuerunt mortua: qi neq; vim aliq̃s hñabebant, neque aliquis ea obseruare tenebatur, nō tñ fuerunt mortifera: qi illi q̃ conuersi erant ad chr̃istum ex iudeis poterant illa legalia licite obseruare: dummodo non sic ponerent spem in eis q̃ ea reputarent sibi necessaria ad salutem quasi sine legalib⁹ fides chr̃isti iustificare nō posset. Hijs aūt qui conuertebantur ex gentilitate ad xp̃m nō inerat causa vt ea obseruarēt, & ideo paulus circūcidit thimoteū. qui ex matre iudea genitus erat. Titū aūt qui ex gentilib⁹ natus erat circūcidere noluit. Ideo autē noluit spūsctūs, vt statim inhiberetur his qui ex iudeis conuertebant obseruatio legaliū, sicut inhibebat his q̃ ex gentilib⁹ conuertebant gētilitatis ritus: vt q̃dā differētia inter hos ritus oīderet. Hā gētilitatis ritus repudiabatur tanq̃ oīno illicitus: & a deo semper prohibitus. Ritus aūt legis cessabat tanq̃ impletus p chr̃i passionē: vtpote a deo in figuram chr̃isti institutus.

¶ Ad scōm dōm, q̃ fm̄ hiero. petrus simulatorie se a gentilibus subtrahebat, vt vitaret iudeorum scandalū, quorum erat apl̃s. vñ in hoc nullomō peccauit: sed paulꝰ cū similiter simulatorie reprehēdit, vt vitaret scandalum gentiliuꝫ quorum erat apostolus. Sz aug. hoc improbat: qi paulꝰ in canonica scriptura. s. gal. 2. in qua nefas est credere aliquid falsum esse, dicit quod petrus reprehensibilis erat. vñ verū est q̃ petrus peccauit, & paulus vere euꝫ nō simulatorie reprehēdit. Non autem peccauit petrus in hoc, q̃ ad tempus legalia obseruabat: qi hoc sibi licebat tanq̃ ex iudeis cōuerso: sed peccabat in hoc q̃ circa legaliū obseruātiā nimiā diligētiam adhibebat ne scandalizaret iudeos: ita q̃ ex hoc sequebatur gentiliū scandalum.

¶ Ad tertium dōm, q̃ quidam dixerunt q̃ illa ꝓhibitio apostolorum nō est intelligēda ad lram, sed fm̄ spiritualem intellectum: vt. s. in ꝓhibitione sanguinis intelligat ꝓhibitio homicidij: in ꝓhibitione suffocati intelligatur ꝓhibitio violētie & rapine: in ꝓhibitione immolatorum intelligat ꝓhibitio idolatrie: fornicatio aūt ꝓhibet tanquam per se malum. & hanc opinionē accipiūt ex q̃busdā glosis q̃ hmōi precepta mystice exponūt. Sz qi homicidiū & rapina ēr apud gētiles reputabant illicita: nō oportuisset sup hoc spēle mādatū dari his qui erant ex gentilitate ꝑuersi ad chr̃m. Unde alij dicunt q̃ ad literam illa comestibilia fuerūt ꝓhibita: nō ꝓp ob seruātiam legaliū, sed pp gulā cōpimendam. vnde dicit hieronymus sup illud ezech. 44. Omne morticinum &c. condēnat sacerdotes qui in cibis & cēteris hmōi hec cupiditate gule nō custodiunt. Sz sed qi sunt q̃dam cibaria magis delicata ad gulam ꝓuocantia, non vī rō quare fuerunt hec magis q̃s alia ꝓhibita. Et ideo dicendum fm̄ tertiaꝫ opinionem q̃ ad literam ista sunt ꝓhibita non ad obseruandum cerimonia legis: sed ad hoc q̃ posset coalescere vnio gentilium & iudeoꝝ in simul habitantium. iudeis. n. ꝓpter antiquam consuetudinem sanguis & suffocatum erant abominabilia. Comestio autem immolatorum simulacris poterat in iudeis aggenerare circa gentiles suspicionem reditus ad idolatriam. & ideo fuerunt ꝓhibita pro tempore illo, in quo de nouo oportebat conuenire in vnum gentiles & iudeos. Procedente autem tempore cessante causa cessat effectus, manifestata euangelice doctrine ꝛbitate: in qua dominꝰ docet quod nihil quod per os intrat, coinquinat hominem: vt dicitur matth. 15. et quod nihil est reꝛciendū quod cum gratiarum actione percipitur: vt ꝓme ad thimoth. 4. dicitur. Fornicatio autem ꝓhibetur specialiter: quia gentiles non reputabant eam esse peccatum.

¶ De preceptis iudicialibus. Questio. 104.

Consequenter Considerandum est de preceptis iudicialibus.

¶ Et primo considerandū est de ipsis in communi. Secundo de rationibus eoꝝ. ¶ Circa primum queruntur quatuor. Primo que sunt iudicialia precepta. Secundo vtrum sint figuralia. Tertio de duratione eorum. Quarto de diffinitione eorum.

¶ Utrum ratio preceptoꝝ iudicialium consistat in hoc quod sunt ordinantia ad proximum. Articu. I.

Ad Primū sic ꝓcedit. Vī q̃ rō ꝓceptoꝝ iudicialiū nō cōsistat in hoc q̃ sunt ordinantia ad ꝓximū. Iudicialia. n. precepta a iudicio dīr, sed multa sunt alia q̃bus hō ad ꝓximū ordinatur q̃ non pertinēt ad ordinationem iudiciorū, nō ergo precepta iudicialia dicuntur q̃bus homo ordinatur ad ꝓximū.

¶ Preterea. Precepta iudicialia a moralibus distinguuntur: vt. s. dictū est. Sed multa

s. q. 90. ar. 4. Et locis ibi inducꝫ.

precepta moralia sunt quib⁹ hō ordinat ad primū: sicut patet in septē pceptis scōe rabule. nō ergo pcepta iudicialia dīr ex hoc q ad primū ordinār. ¶ Ꝫ. Sicut se hñt pcepta cerimonialia ad deū, ita se hñt iudicialia pcepta ad primū: vt. S. dcīt est, ſz inter pcepta cerimonialia sunt q̄dā q̄ ptinēt ad sctim: sicut observantie ciboꝝ z vestimētoꝝ. de quib⁹. S. dcīt est. Ergo pcepta iudicialia nō ex hoc dīr q ordinent hominē ad proximū.

Ꝫ ō est, q dī ezech. 19. Inter cetera bona opera viri iusti si iudicium verum fecerit inter virum z virū: sed iudicialia precepta a iudicio dīr. Ergo precepta iudicialia videntur dici illa que pertinent ad ordinationem hoium adinuicez.

Rñdeo Dōm, q sicut ex supradictis ptz, pceptorum cuiuscunq; legis, quedā hñt vim obligādi ex ipso dictamine rationis: qui nālis rō dictat hoc esse debitum fieri vel vitari. z hmōi pcepta dīr moralia eo q a rōne dīr mores humani. Alia vero pcepta sunt, q̄ nō hñt vim obligādi ex ipso dictamine rōnis: qui. s. in se cōsiderata nō hñt absolute rōnē debiti vel indebiti: sed hñt vim obligādi ex aliqua institōne diuina, vel humana. z hmōi sunt determinatiōes q̄dā moraliū preceptoꝝ. Si igit determinent moralia precepta p institōne diuinā in his p q̄ ordinat hō ad deū, talia dicent precepta cerimonialia: si aūt in his q̄ ptinēt ad ordinationē hominū adinuicē, talia dicent pcepta iudicialia. In duobus ergo cōsistit rō iudicialiū pceptoꝝ. s. vt ptineāt ad ordinationē hoium adinuicē, z vt nō habeāt vim obligandi ex sola rōne, sed ex institutione.

Ad primū ergo dōm, q iudicia exercentur officio aliquorum principum qui hñt prātem iudicandi. Ad principē autē ptinet nō solum ordinare de his que veniūt in litigium: sed etiā de voluntarijs pctibus qui inter homines fiunt, z de omnibus pertinētibus ad pplī cōitātē z regimē. vñ pcepta iudicialia nō solū sunt illa, que ptinēt ad lites iudicioꝝ: sed etiā quecunq; ptinent ad ordinationē hoium adinuicē que subest ordinationi principis tanq̄ supremi iudicis. ¶ Ad scōm dōz, q rō illa pcedit de pceptis ordinantib⁹ ad primū que hñt viz obligandi ex solo dictamine rōnis. ¶ Ad tertium dōm, q etiā in his q̄ ordināt ad deū quedam sunt moralia, que ipsa rō fide informata dictat sicut deū esse amādū z colēdum. Quedā vo sunt cerimonialia que nō hñt vim obligationis, nisi ex institōne diuina. Ad deū aūt ptinēt nō solū sacrificia oblata deo: ſz etiā q̄cunq; ptinēt ad idoneitatē offerentiū, deū colētiū. Hoies em ordinant in deum sicut in finē: z tō ad cultū dei ptinet, z p consequens ad cerimonialia precepta q homo habeat quandam idoneitatē respectu cultus diuini: sed homo nō ordinat ad proximum sicut in finē: vt oporteat eū disponi in seipso in ordine ad primū. Hec em est q̄paratio seruoꝝ ad dños: q̄ id q̄ sunt, dñoꝝ sunt: sm p̄m in. 1. politi. z ideo non sunt aliqua pcepta iudicialia ordināta hoiez in seipso: sed oia talia sunt moralia: qui rō que est principium moraliū se hz in hoie respectu eorum que ad ipm ptinēt, sicut princeps vel iudex in ciuitate. Sciendū tn q q̄ ordo hoies ad primū magis subiacet rōni q̄ ordo hois ad deū, plura pcepta moralia inueniunt p que ordinatur homo ad proximum q̄ per que ordinatur homo ad deū: et pp hoc etiā oportuit plura esse cerimonialia in lege q̄ iudicialia.

¶ Utrum precepta iudicialia aliquid figurent. Articu. 2.

f. ar. 3. c. Et. 22ᶜ. q. 87. ā. 3. cōr.

Ad Scōm sic pceditur. Videt q pcepta iudicialia nō figurēt aliq̄d. Hoc em vī esse ppriū cerimonialiū preceptoꝝ q̄ sint in figuram alicuius rei instituta. Si igit etiā precepta iudicialia aliq̄d figurēt nō erit differentia inter iudicialia z cerimonialia precepta. ¶ Ꝫ. Sicut illi populo iudeoꝝ data sunt q̄dā iudicialia pcepta, ita etiā alijs pplis gentiliū: ſz iudicialia precepta aliox populoꝝ nō figurāt aliq̄d, ſz ordināt quid fieri debeat. ergo videt q neque pcepta iudicialia veteris legis aliquid figurarēt. ¶ Preterea. Ea q̄ ad cultū diuinū ptinēt figuris q̄busdā tradi oportuit: qui ea q̄ dei sunt supra nostraz rationē sunt: vt. S. dictū est. ſz ea q̄ sunt primoꝝ, nō excedūt rōnē nostrā. ergo per iudicialia q̄ ad proximū nos ordināt, non oportuit aliquid figurari.

Sed Contra est, quod exo. 21. iudicialia precepta allegorice z moraliter exponuntur.

